



*Handwritten scribble*

Tom. 21.

25.

26

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*



113,  
L. o. ~~113~~ 3.



MERCURII GALLO-BELGICI  
M. GOTHARDO ARTHUSIO Suc-  
CENTURIATI,

*Sive*

RERVM IN

GALLIA ET BELGIO PO-  
TISSIMUM; HISPANIA QUOQUE,

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, UNGARIA,  
Silesia, vicinisq; locis, à nundinis Francofurtensibus autu-  
mnalibus anni 1645. usque ad vernaes anni 1646.  
potissimum gestarum,

HISTORICÆ NARRATIONIS

*continuata,*

TOMI VIGESIMI QUINTI

LIBER QUARTUS,

*Auctore*

JOANNE GEORGIO SCHLEDERO, Ratisponensi.

*Cum S. Caf. Majest. Privilegio Speciali.*



FRANCOFURTI,

Sumptibus & typis Hæredum Sigismundi Latomi, Anno 1646.



MERCVRII GALLI O BELGICI

M. GOTTFRIDVS AVSTRIACVS

CENTURIA

LIBRVS

R. E. R. V. M. I. N.

GALLIA ET BELGIO PO

TISSIMUM, HISPANIA QUOQUE

ITALIA, ANGETA, GERMANIA, LINGVATA

Statis vicinis locis, in quibus tractantibus sunt  
in quibus anni 1677. usque ad presentem 1688.  
positum, in quibus

HISTORIAE NARRATIONES

CONTINENTUR

TOMI VIGESIMI QVINTI

LIBRVS QVARTVS

LIBRVS

JOHANNES GEORGIO SCHNEIDERO, KUNSTAMMANN


Cur. & Imp. Josephi Praesidis Speciale



FRANCOFURTI

apud Johannem Schaefferum, Typographum, Anno 1688.





MERCVRII GALLO-  
BELGICI M. GOTHAR-  
DO ARTHUSIO SUC-  
CENTURIATI,

TOMI XXV. LIBER IV.

EORUM, QUÆ à NUNDI-  
nis Francofurtensibus autumnalibus anni

1645. usq; ad vernaes anni 1646. memo-

ratu digna passim acciderunt,

narrationem conti-

nens.



Actum est superiori libro ter- Septemb  
tio, Lector Candide, quara- Anno  
tione tractatus de reducen- 1645.  
da inter utrasque laudatissi- Pax inter  
mas, Sueciæ ac Daniæ, Co- Suecos &  
Danos  
compositionis finis, idque mense noviter  
elapto Sextili feliciter bearit, conscriptæ  
que desuper leges ac conditiones ab utra-  
que parte manuum subscriptionibus fue-  
rint roboratæ atque communitæ. Sequitur  
nunc ipsa pacificationis Capitulatio, quæ  
in consequentibus consistit articulis:

A 2

I. Trans-

Septemb  
Anno  
1645.

I. Transactum est, quascunque Regiæ Majestatis Sueciæ naves bellicas liberè atque sine ullo impedimento fretum Danicum, quod vulgò Sundam appellat, & Balticum mare transire posse, idque cum expansis signis sive vexillis, hac tamen expressa cum conditione, ut adventum suum unius aut alterius machina disputatione significare non negligant. Nec etiam ullo modo tenebuntur nomen dare, si 2. 3. 4. 6. aut plures unite non fuerint, quod si verò contingat, universam quandam Classem, aut non spernendi numeri naves illac traduci debere, utique necessum erit, navigantibusq; incumbet, ut per certam quandam navem id prius significant. II. Commerciorum per dictum fretum & Balticum libertate quietè fruantur, quacunque Sueciæ regni provincia, omnesque ac singula eidem Coronæ incorporata regiones, ut sunt, Finlandia, Estonia, Carelia, Ingermanlandia, Livonia, unà cum omnibus ad illas pertinentibus mercatorum navibus, sine ulla vectigalis aut id genus aliorum persolutione aut ejus exactione quacunque. III. Sub hac lege comprehendantur etiam, & eadem cum prioribus commerciorum liberorum beneficio gaudeant, Pomerania ac Vismaria, idque secundum tenorem transactionis super hoc ipso negotio superiori tempore in Odensee confecta. IV. Dicta hæc navium Regio-Suecicarum liber-

libertas sese extendat atque intelligatur non solummodo de iis, quæ Sundam ac Beltam, verum etiam, quascumque Albim navigare contingere poterit. V. Libertati illi, qua Coronæ Sueciæ subditos hunc usque in diem in Dania, Danos quoque in Sueciâ frui licuit, hinc inde renunciatum esto, e contra verò utraque pars, in quibuslibet locis, ubi mercatoriam exercere præsumet ac constituet, hereditarium veltigal exolvere, firmiter teneatur. VI. Quidquid navium aut rerum aliarum uni aut alteri parti partum est, eidem quoque absque ulla repetitione proprium ceu relinquatur. VII. Corona Sueciæ Danorum Regi restituit, eidemque consequentes cedit provincias, nimirum, Scandiam, Bleckedam, Iutiam, Holsatiam & Bornholmiam. H X. E contra Dania Rex Coronæ Sueciæ tradit, atque eidem in perpetuum consignat provincias, Iembterlandiam, Herensaliam, Gotlandiam, nec non Oeseliam insulam, unâ cum Arensberga urbe. IX. Ad majorem hujus rei certitudinem, idem Dania Rex Sueciæ Coronæ occupandam per triginta annos relinquit Hallandiam provinciam, unâ cum omnibus ejus munitionibus, regalibus, proventibus atque ditionibus, quibus elapsis, Regi Daniae integrum esto, dictam provinciam aut in jus suum rescribere, aut cum alia quadam regione cõmutare. X. Dix-

Septemb  
Anno  
1645.

Septemb  
Anno  
1645.

cesin Bremensem quod attinet, de eadem dis-  
ponendi jus penes Suecia Coronam esto, apud  
quam propterea Dominus Archi-Episcopus  
suam persequi causam poterit. XI. Inter ut-  
rasque Coronas de secura & minus dolosa a-  
mnestia omnino coaluit, qua convenit, ut  
quicquid hinc inde hostilitatis actum est, per-  
petua oblivioni tradatur. XII. Horum o-  
mnium pactorum ratificatio corroboratioque  
ad decimum tertium Septembris per regno-  
rum quendam Consiliarium aut Secretarium  
in consinibus presentaretur. Et denique XIII.  
praesidiorum deductio, nec non ipsa locorum  
consignatio traditioque subsequente trigesimo  
dicti mensis sine tergiversatione sequeretur.

Suecia no-  
va novis  
Admini-  
stratoribus  
confirmata.

Dani itaque, rei necessitate ita flagitan-  
te, in Hallandia munitiora quaedam loca,  
qualia sunt Warsberga, Falcoburgum &  
Halmstadium, Suecorum praesidiis com-  
munienda dederunt. Quo facto, Hornius  
Campi-Marescallus suas ex Scandia co-  
pias deducens, partem unam in Hallandi-  
am, reliquam verò in Smalandiam Sueco-  
rum traduci fecit. Occupabatur circiter  
haec aula Regia Stockholmiæ in constitu-  
enda administratione hujus noviter acqui-  
sitæ Sueciæ, quâ in re conclusum denique  
accepimus, ut Dominus Laërtius Kaggius,  
Legatus Generalis, Hallandiæ Inspector  
prima;



primarius: Dominus Sperlingius, vigilum **Septemb**  
 Generalis Præfectus, Halmstadiensis præ- **Anno**  
 fidii Ephorus: Dominus Amiralus, Ake- **1645.**  
 Hanson, Gotlandiæ Defensor: Dominus  
 Joan-Flemmingius, Tribunus, præsidio-  
 rum illorum Rector: Dom. Andreas E-  
 richsonius, Colonellus, & nuper Rigen-  
 sium Administrator, Oeseliæ Primas con-  
 stitueretur; imperia militaria autem in ea-  
 dem insula Domino Chiliarchæ Muhlio;  
 in Jembterlandia Domino Tribuno Stric-  
 cio, & in Herendalia Norwegiæ conter-  
 mina Domino Carolo Hårdio, commit-  
 terentur.

Nunc igitur pacis negotio inter Suecos *Confecta*  
 Danosque omninò confecto, ecce partis *pace quili-*  
 utriusque Legati, quique ad suos redire *bet de sua*  
 cœperunt; Rumingius, Sueciæ regni Ami- *redit.*  
 ralius, cum classe regia Stockholmiam iter  
 ingressus est; adhæc Wrangelius, armorum  
 Generalis Præfectus, paucis aliquot navi-  
 bus stipatus, Wismariam feliciter appulit,  
 Hollandicaque pariter navigia, quæ huc  
 usque Suecis militaverant, cursum in  
 Hollandiam repetere instituerunt, ante-  
 quam verò dictæ classes inter se valedice-  
 rent domumq; redirent, summorum Du-  
 cum admonitu, quotquot in omnibus na-  
 vibus præsentibus erant fulminales machinæ  
 A 4 displo-

Septemb  
Anno

1645.

Transactio  
inter Da-  
nia Regem  
& Confæ-  
derati Bel-  
gii Status  
ac Proceres  
confecta.

displosæ sunt, sicque omnis actio solenni  
detonantium festivè tormentorum trium-  
pho peracta desit.

Subjungimus non ineptè præmissæ Pa-  
cis Compositioni transactionem, quam  
Daniae Rex cum confæderati Belgii Stati-  
bus hoc ipso quoq; tempore confecit, cu-  
jus tenor in subnexis articulis exhibetur:

I. *Inter utrasque partes tam terra quam  
mari sincera amicitia uteretur, nec non una  
alterius commodum sedulo quæreret, salvo ta-  
men illorum tractatum jure, quos Regia Da-  
niae Majestas aut Hollandiae Status Generales,  
cum aliis regnis ac Rebus publicis confecerunt.*  
II. *Belgij incolæ fretum Danicum transituri  
vectigal exolverent, prout de hoc in nostris &  
apud nos signatis sigillatisq; solvendorum ve-  
ctigalium Indicibus ac schedulis provisum re-  
perire est, idque intra quadraginta proximè  
consecuturos annos, absque ulla ejus elevatione  
aut impositione graviori: Post horum quadra-  
ginta annorum autem evolutionem, tracta-  
tus Spir. de anno 1644. in pristino suo vigore  
ac valore persisteret, nisi interea temporis no-  
vum aliquem contexti eveniat.* III. *Visitatio  
seu perquisitio navium bonorumque in poste-  
rum omninò intermitteretur, nautisque, inspe-  
cta commeatus schedula, visisque mercium  
catalogis, fides haberetur; quod si tamen de-  
prehen-*

prehensum fuerit, Regi hoc in passu imponi velle, Status Belgij Generales malo huic omni possibili modo remederi collaborarent. IV. Lib. Septemb  
 berum relinqueretur, quasunque merces, Anno  
 quoquo illa nomine venire possint, per Sundam 1645.  
 aliò transportare. V. Per Daniam & Norve-  
 giam mercibus ac bonis Hollandorum, sive il-  
 la oportentur vel aliò transvehantur, gravius  
 vectigal non imponeretur illo, quod regni in-  
 cola ipsimet pendere tenentur, id quod Danis  
 in Hollandia idem contingeret. VI. Naves,  
 quæ in Norvegia onerate sunt, vectigalque pe-  
 pendere, in quemcunque postea portum deve-  
 nire contingat, amplius ne visitarentur, verùm  
 exhibitis vectigalium schedulis liberè dimit-  
 terentur. Et cum lege cautum sit, ne ligna quer-  
 na aliò transportentur, proinde si unus aut al-  
 ter nautarum deprehensus fuerit, qui duos  
 tresve ejusmodi ligni truncos ex regno de-  
 portare attentabit, pœnam graviolem non  
 incurreret, nisi ut duplo majus, quàm eijus-  
 modi ligna venire, numerare iubeatur. VII.  
 In Norvegia majus vectigal, quàm quod an-  
 no 1628. solutum est, ne exigeretur. VIII. Hol-  
 landi ne cogherentur, ut asseres aut quævis alia  
 ligna à centis Norvegia incolis coëmant, ve-  
 rùm id omnium ac singulorum libera voluntati  
 concederetur. IX. Mensuratio navium Hol-  
 landicarum fieret per duos Nordvegicæ toti-

Septemb  
Anno  
1648.

demq; Hollandicæ nationis nautas, X. Quicquid doceri poterit, quo etiam illud nomine venire possit, contra Regiæ Suae Majestatis mandatum, ordinemq; Statuum Generalium, ab anno hinc supra millesimum sexcentessimum quadragesimo primo amplius, quam in confecta tunc capitulatione reperire est, exactum fuisse, eorum omnium debita fieret restitutio. X. Præsens hæc Conventio à Regia Sua Majestate, ejusdemque Serenissimis Principibus filijs, nec non universis regni Daniae Consiliariis subscriberetur, sigillisque communiretur. XII. Privilegijs & immunitatibus respectivè civitatum unitarum Belgij provinciarum, quorum in Spiringensi tractatu fit mentio, & quæ alias prisca Daniae ac Norvegiae Reges ipsidem indulserunt, per presentem negotiationem, ne minimum quidem derogaretur, nec ullo ipsis modo præjudicaretur, quin potius ut antehac in pristino suo esse permanerent, & inter cetera civitas Hardervicum. XII, Regia Sua Majestas Hollandorum naves nec detinendi, nec merces inde auferendi jus haberet, nec etiam tum, cum inter ipsam & illum, ad quem proprie spectant, iam pertractatū fuisset convexissetque; ad hæc ne præsumeret, absque consensu proprietarij, nec milites, machinas aut quemvis alium comæatum tormentarum, & quicquid de cætero ad rem bellicam perti-

pertinere potest, ex navibus tollere, sub quo e- Septemb.  
 tiam pretextu fieri id & accidere possit; Trans- Anno  
 itus quoque per Sundam, commercia item & 1645  
 negotiationes, per regna liberè exercerentur,  
 nec à quoquam impedirentur, absque tamen  
 cujusvis loci privilegiorum violatione atque  
 præjudicio. XIV. Res vetiti exempli non e-  
 rit, merces aut bona Hollandorum alienis na-  
 vibus per Sundam de vehi, præsertim cum con-  
 stitutum Batavica nationi vectigal ritè exol-  
 verint, aperteque docuerint, merces ejusmodi  
 & bona ad Hollandos certissimè deportari.  
 XV. Quicumque Belgæ, qui in civitatibus O-  
 rientem spectantibus aut per semetipsos com-  
 morantur, vel Commissionibus aliorum præ-  
 sunt, & rerum gestores dici consueverunt,  
 Sundam transituri, cum cæterarum Belgij  
 provinciarum incolis eodem jure fruerentur.  
 XVI. Naves Belgicæ, quæ in uno aut altero  
 Daniæ portu visitare fuerunt, consuetumque  
 vectigal justè exolverunt, in nullo alio Daniæ  
 aut Norvvegiæ portu, quatenus nova onera  
 inibi non receptura sunt, amplius nè perquire-  
 rentur, inspicerenturve, quin potius, quò vo-  
 tuerint, liberè dimitterentur. XVII. Vectiga-  
 lium per Nordvvegiam Receptores à nautis  
 plus justo ne exigere, nec etiam pro conscri-  
 bendis vectigalium solutorum schedulis ultra  
 quam in regia constitutione ordinatum est, pe-  
 terent,

Septemb  
Anno  
1645.

terent, sub inevitabili eaque gravissima poena.  
XII X. Ad vectigalis Gluckstadiensis exo-  
lutionem quod attinet, nisi negotium in presen-  
tibus his cum civitate Hamburgensi super hac  
re institutis tractatibus componi possit, Belgij  
incola, exhibita prius Gluckstadiensi Certifi-  
catione, in omnem evetum ab ea in perpetuum  
posthac immunes essent. XI X. Intra 2. menses  
ab editione per utriusque partis Commissarios  
hec & ratificarentur & approbarentur. Prae-  
ter hac transactum denique est, ut Comes Ol-  
denburgi & ejus heredes beneficio neutralita-  
tis, quod Status Generales ipsi, ejusque ditioni-  
bus ac provinciis, Kalendis Augusti Anno  
1641. concessere, liberè perfruantur. Actum  
ita Christianopole die 13. Sextilis Anno 1645.

Corficius Ulefeldius.

Christianus Thomasson.

Christophorus Orne.

Georgius Seefeldius.

Jacobus de Witte.

Gerhardus Schaepius.

Albertus Sonckius.

Joachimus Andreas.

Inducia  
Suecorum  
eum Saxo-  
nia Septem-  
viro in sex  
menses ini-  
ta.

Adhac, cum paginâ libri præcedentis 153.  
paucis innuerimus, inter laudatissimam  
Sueciæ Coronam, & Serenissimam Do-  
mum Electoralem Saxoniam, armistitium  
in sex menses duraturum, coaluisse, hoc lo-  
co non

co non ineptè nos facturos putamus, sine- Septemb  
gotium ipsum, pro ut inter utrosque ge- Anno  
stum est, punctim repræsentaverimus. 1645.

Tenendum itaque est, postquàm Regiæ  
Majestatis Sueciæ Generalissimus, & per  
Germaniam Campi-Marescallus, Domi-  
nus Leonhardus Torstenonius, jam antea  
Domino vigilum Generali Præfecto, Axe-  
lio-Lilio, ac Domino Johanni Nicodemo  
Lilienströmio, certam instructionem cõ-  
misisset; vigore cujus cum Saxonix Ele-  
ctoris Serenitate, ad majorem animorum  
conjunctionem, procurandumque certis  
articulis, via ac modo armistitium, pertra-  
ctarent; & verò tunc temporis tam arduum  
negotium ad optatum finem perducere ne-  
quiret, eundem Excellentissimum Archi-  
strategum Torstenonium Domino Chri-  
stophoro à Königsmarck, in eodem exer-  
citu Regio-Suecico Locumtenenti Gene-  
rali porrò in mandatis dedisse, ut commis-  
sas sibi copias in agrum Saxonicum dedu-  
ceret, tentaturus, si viâ armorum saniora E-  
lectoris consilia persuadere valeat.

Ne verò tanto Imperii Principi Septem-  
viro vim inferre videretur Königsmarcus,  
per aliquot principis quoq; dignitatis per-  
sonas eidem Electori commissum sibi ne-  
gotium significari mandavit, quo effe-  
ctum,

Septemb  
Anno  
1645.

Etum, ut visis munitissimis alijs arcibus Rochlizio, Leisnico & Milniensium Castello, (de quibus in precedenti libro paginâ 153. brevibus dictum est.) per Suecos infideri, Elector tandem consentiret, inter suos, quos deputaverat, & Königsmarcum colloquium institui, in quo inter utrasque partes convenit, cum Elector ex omnibus, quæ Campi-Marescallus Torstenonius in mandatis Königsmarco dederat, tam brevi se explicare, mentemque omnino exponere nequirit, ut in sex menses denique induciæ componerentur, quarum tenor in sequentibus articulis includitur.

Induciarum  
leges.

*I. Electoris Serenitas, in fide, quam Sacrae Caesareae Majestati, Sacroque Romano Imperio juratam debet, salva esset, nec ut contra faciat, ullo modo attentaretur. II. In majorem hujus pacti securitatem, Serenitati Suae integrum esto, ex equestri suo commilitio tres legiones ad primarium Caesaris exercitum dimittere: durantibus vero hisce induciis, ex reliqua Suae Serenitatis militia signa plura ne submitterentur, nec in ejusdem ditionibus ac provinciis armilustria haberi, aut militum conscriptiones institui, ulli parti concederetur. III. Hoc ipso Induciarum tempore, quæcunque hostilitates offensionesq; sub quo etiam nomine venire possent, utrinque cessarent, novarum*



varum practica penitus intermitteretur, & Septemb  
 noxij sinistrae nihil attentaretur: Quod si Anno  
 tamen rei necessitate & statu belli ex parte Co- 1645  
 rona Suecia ita efflagitantibus, contingat, ut  
 aut integri cuiusdam exercitus copiae, aut im-  
 missae legiones cohortesve per Electoralis Suae  
 Serenitatis ditiones ac provincias deducenda  
 forent, aut consinia saltem earum contingi de-  
 berent, id presentibus induciis ne obstaret, nec  
 à parte Electoris prohiberetur, quo in casu ta-  
 men opera daretur, ut disciplina militaris pro-  
 bè observetur, itinera, quantum fieri possibile  
 fuerit, maturentur, de hoc in tempore ad Ele-  
 ctorem deferatur, & secundum Electoralium  
 Dominorum Commissariorum dispositionem,  
 in procurando com meatu ac annona, rectè pro-  
 cedatur: Adhuc sub hoc eodem articulo, qui-  
 buscunque militiae Regio-Suecica Officiariis,  
 & ceteris ex gregario commilitio commilito-  
 nibus, si modo apertas com meatus schedulas  
 exhibere potuerint, rerum suarum privatim  
 curandarum causa hinc inde transitus liber,  
 securus & absque ullo impedimento ubivis lo-  
 corum concederetur, Saxonicique eodem be-  
 neficio Lipsiae fruereutur. IV. Ante effluxum  
 sex mensium Induciis destinatum, utraque  
 pars teneretur, in mensis postremi principio aut  
 de armistitij prolongatione aut exitu tractare,  
 aut iisdem penitus renunciare; quantumque  
 ad

Septemb  
Anno  
1645.

ad partis Corona Suecia attinet, ea modis omnibus procurabit, ut non Suec tantum, sed & cetera confederata nationes harum induciarum pactis sese conforment, atque iisdem subijciantur. V. Electorali Suae Serenitati plenaria administratio, ditionumque uniuersarum redditus ac census, inter quas Hennebergensis quoque Comitatus sua partis comprehendatur, usque dum à Domino Campi-Marescallo omniarata habeantur, restituitur, permittiturque, ut quicumque Electorales Ministri munia sua quietè administrarent. Ab his tamen in specie excipitur *Arx & Civitas Lipsiensis*, cum omnibus eò pertinentibus redditibus, quo illi cunq̄ue nomine veniant, nec non fenda, ut sunt *Schvvaritzburgum*, aliique Comitatus ac *Abbatia*, & id genus plura, una cum civitatibus protectionis participibus, *Erfurto*, *Muhlhusio*, *Northusio* & *Querfurto*: quod verò ad ceteras tres districtus *Magdeburgici Praefecturas* attinet, de his in puncto *Magdeburgum* concernente tractatio ulterior instituetur. VI. E contra Electoralis Suae Serenitas, sustinendi *Regio-Suecici Status Lipsiae* formati, praesidiique inibi alendi gratia, singulis mensibus ex ditionibus suis contribuere faceret, Imperialium undecim millia, incipiendo à *Septembri proxime futuro*, quibus adderentur, durantibus hisce induciis, frumento,

Septemb  
Anno  
1645.

mentorū medimni ter mille, mensura Lipsi-  
ensi, nec non pabula ad alendos quatuor equi-  
tum turmarum equos. VII. Loca à Suecis  
hactenus intercepta communitaque, uti Mi-  
sna, Leisnicum, Rochlitzium, Torga, &  
Gommerā, & quaecunque alia præter Lipsiam  
his in terris occupata detinentur, à presidio-  
rum receptione libera utrinque essent, Arx  
Torgaviensis autem ab utroque duarum dun-  
taxat personarum custodia instrueretur, trāsi-  
tusque, quem ibi locorum aut alibi Albis sup-  
peditat, militia Suecica assēctis omni tempore  
pateret, à nemine verò impediretur. Insuper  
hic Domino Generali Locumtenenti Königs-  
marco incumbet, post horum pactorum trans-  
actionem, commissas fidei suæ Regias copias  
quantocytus & in decenti ordine deducere, ca-  
stra alio transferre, iterque suum ad mini-  
mum trium longitudine milliarium à prima-  
rio propugnaculo Dresdena, prout jam castris  
considet, quantum quidem fieri possibile fuerit,  
maturare, quæ distantia in futuris quoque iti-  
neribus sedulo observaretur. IIX. Commer-  
ciorum usus terra quidem marique liber secu-  
rusque ubivis locorum esset, veruntamen, cum  
ex defectu sufficientis instructionis, quæ intra  
mensis unius excursus, si saltem possibile fue-  
rit, apud Dominum Campi-Marescallum  
procuraretur, cum civitate Magdeburgensi

Septemb  
Anno  
1645.

pertractari nequirit, quicquid per Albim ve-  
rum devehetur, aut per eundem ascendet,  
Schönbecca semper & Wolmerstadij exonerat-  
retur, & juxta Magdeburgum ab uno dicto-  
rum locorum ad alterum tandiu hinc inde  
transportaretur, donec negotium cum Mag-  
deburgensibus aliter fuerit compositum. IX.  
Magdeburgi obsidio, cum ea à Domini Cam-  
pi-Marescalli Excellentia imperata sit, nec i-  
pso inscio aut aliter disponente tolli levare ve-  
queat, in moderno statu relinqueretur; quam-  
primum autem inter Electorē & filium Prin-  
cipem, Dominum Episcopum, hoc in passu  
convenerit, Elector que eidem civitate omnino  
cesserit, in eum eventum Sueci utique tene-  
rentur, dictam obsidionem sine cunctatione  
tollere. Interea temporis Electoris Serenitas se-  
dulo caveret, ne, sive permansura in Serenita-  
tis sue provinciis, aut alius sub hisce inducia-  
rum legibus comprehensa militum Saxonico-  
rum legiones, cohortesve aut signa, dicta obsi-  
dioni moram ullam inijciant, aut in obsidentes  
hostilitates exerceant, & cum supra articulo  
quinto dictum sit, in futuris cum Magde-  
burgo tractatibus trium illarum Prefectura-  
rum mentionem fieri debere, eadem in Sereni-  
tatis Sue, donec Dominus Campi-Marescal-  
lus aliter disponet, potestate libera relinquin-  
tur. X. Post armistitij hujus perfectionem  
compo-

compositionemve, neutra pars alteram, idque Septemb<sup>r</sup>  
 quatuor ante exitum diebus, nec intra nec ex- Anno  
 tra regionem hostiliter tractare attentaret. In 1645.  
 quorum omnium maiorem fidem ac firmita-  
 tem, presens Transactio literis excepta, binis  
 iisque ad literam conformibus exemplaribus  
 conscripta, post ab utraque parte subscriptioni-  
 bus subsigillationibusque premunita, ac deni-  
 que suum cuique hinc inde oblatum fuit, id  
 quod factum Kotschenberoda die 27. Sextilis  
 Anno 1645.

Inter Cæsarem quoque & Ragozkvum,  
 Transsylvaniæ Principem, post diuturni  
 temporis compositionem hoc itidem mē-  
 se aliam denique pacem coaluisse, supe-  
 rioris libri paginâ 157. relatam extat, qui-  
 bus autem id negotii legibus confirmatum  
 postea fuerit, de hoc certi adhuc nihil re-  
 ferri potest.

Torstenlohnus, militiae Regio-Sueci- *Belli Suecici*  
 cæ summus Præfectus ac Campi-Marescal- *progressuo*  
 lus, quem non exigua adhuc spes lactave- *ac succes-*  
 rat, fore ut submissis à Ragozkyo, de quo *sus.*  
 modo diximus, auxiliaribus copiis, rerum  
 benè gerendarum non levem sit acquisitu-  
 rus occasionem, cum ingrata ipsi admo-  
 dum nuncia in castra ferrentur, præmemo-  
 ratum Transsylvaniæ Principem intempe-  
 rivè plane cum Cæsare bellum composu-  
 isse,

Septemb  
Anno  
1645.

isse, ex ea causa necessitatem imponi sibi facile advertit, obsidionis Brunnæ, quam non tenui suorum temporisque, quod actionibus suis tunc benè gerendis accommodatissimum habere videbatur, jacturâ in sextam decimam nunc hebdomaden traxerat, dissolvendæ. Posteaquam igitur quinto decimo sextilis, in expugnando eodem Brunnensium Castro, belli fortunam denuò tentasset, ast frustra, castris ex ea vicinia sublatis, copias universas Austriacum ac Felsburgum versus traduxit, quem universum exercitum trigesimo demùm dicti mensis die quatuor à Vienna milliaribus Mistelbaci subsistere fecit.

*Corneuburgum à Suecis communitur validissimè.*

Nunc itaque subsidio Ragotzkyi nudatum se videns Torstensohnus, muneris sui esse duxit, ut hac ratione omni ulteriori malo & inconvenientiæ limitem in tempore poneret, ex nulla non parte circumspicere ac vigilaree, unde Corneuburgi (quæ duobus duntaxat milliaribus à Cæsaris apud Viennenses aula, atque unico saltem à pontis Viennensium munimento distat) communiendi magna facit initia, quam urbem cum ex natura eò inclinare cognosceret, naturam arte adjuvare non destitit, ut tali via, data occasione, obsidionem

Septemb  
Anno  
1645.

dionem hominum aliquot millium & sustinere, & vicinarum terrarum accolas ad menstrua solvenda tributa absque negotio compellere valeret. Excitari igitur iussis circumcirca sex munitionibus, quas vulgò Ravelinas appellant, urbeq; de quibusvis ad remorandos insultores pertinentibus valido nimirum pedestri equestrique præsidio, adhæc fulminalibus machinis, com meatu itidem quâ tormentario quâ annonario, sub imperio militum tribuni Copey, in annum & dies abundè provisa, brevi post sua, quæ Stockeraviæ adhuc habuerat, castra incendi fecit, atque illinc iter Iglaviam versus ingressus est, cuius cohortes paucis antè diebus, haud procul ab Ernsbrunna, in sylva quadam in trecentos, qui non leviter ab aliquo tempore Suecicis incommodaverant, partim volones equites, partim agricolas grassatores inciderant, eosque ex improvise circumfessos, maximam partem ferro & plumbo mori fecerant.

Post transactum, cum Saxonix Duce, *Königs-Princepe Electore, induciarum negotium, marcus de quibus paulò ante diximus, cum Königs- marcus, in exercitu Suecico Locumtenens Generalis, prope Misniam copias suas Albim traduxisset, iterque suum, Budisi-*

*rem prospere gerit.*

Septemb  
Anno  
1645.

no ac Sittavia præteritis, instituisset, ea ipsa  
via Grafensteinium, arcem non negligenter firmam absque ullius militis jactura, die  
6. 16. Septembris, in arbitrium deditam accepit, simulque in Bohemiam commode transeundi exquisitam occasionem nactus est, quippe potio- rem equitatus partim illinc Reichenbergam & ulterius speculatū dimisit, pedestres autem copias Fridlandiæ admoveri mandavit. Aiunt Præfectū memoratæ arcis Grafensteinianæ, Vicarium officio, commissum sibi locum facile diutius conservare potuisse, quod ut faceret à viginti illis inibi commorantibus equitibus cohortatus perhibetur, veruntamen cum abjecti homo animi esset, Königsmarcum in faciem ei facta deditio- ne dixisse referunt, teneri se pactis stare, quandoquidem in omnia, quæ præscripserat, facile consensisset; nullum verò se dubitare, quin Cæsarea sua Majestas æquo animo pertulerit, si quamprimum intra portas ipsum suspendi mandaret. Arce itaque in deditio- nem accepta, bombardiferi sexaginta numero sub signa Suecorum traducti sunt, equites autem propterea quòd defensionis animum induxissent, pede dimissos ferunt. Quare feliciter expedita, confici-  
endi



endi in Silesiam itineris occasionem præ-Septemb  
 terire noluit, id quod ipso etiam opere præ-Anno  
 stitit, uti in sequenti mense de hac re fusius 1645.  
 scribemus.

E contra Gallorum, Vinariensium Haf-<sup>Gallorum,</sup>  
 siacorumq; conjunctis exercitibus res suæ,<sup>Vinnarië-</sup>  
 uti quidem speraverant, ad votum minus<sup>sium Haf-</sup>  
 successere. Licet enim 18. 28. Sextilis (prout<sup>siaorumq;</sup>  
 paginâ 152. libri præcedentis relatum ex-<sup>conjuncti</sup>  
 tat:) Dinckelspilâ per Hallensium Suevo-<sup>exercitus</sup>  
 rum agros ad Hailbronnâ transirent, ibi-<sup>suis ad</sup>  
 demque aptum communiendis castris lo-<sup>Hailbron-</sup>  
 cum circumspexissent, ut nulla ex parte ni-<sup>nam castris</sup>  
 si summa cum difficultate incurri possent,<sup>nullo suc-</sup>  
 nihil tamen hostilitatis quicquam adver-<sup>cessu exce-</sup>  
 sus urbem illam (ad quam ultra quatuor-  
 decim dies constitere:) tentarunt, non at-  
 tento etiam, quod graviores aliquot ma-  
 chinas catapultaque igniarias Philipps-  
 burgo in castra transehi fecerant, viresque  
 suas ter mille quingentorum Erlachiano-  
 rum militum accessu adauxerant. Quibus  
 omnibus præter omnium expectationem  
 non consideratis, postquam Comes Gele-  
 nius, summus in militia Bavarica p. t. Præ-  
 fectus, cum copiis (quæ adhuc cœli injuria  
 impeditæ, machinas fulminales & anno-  
 nam tormentariam promovere difficulter  
 poterant, ea ratione coactæ, ut Weiblingæ,

Septemb  
Anno  
1645.

quatuor circiter horarum itinere ab Hailbrunna subsisterent, mitioremque aërem expectarent: ) propiùs adventasset, atque in conspectu hostium ducentos quinquaginta pedites adhuc, & unà 150. equitum signa, sub imperio Domini de Peere, summi in legione Mandesloica vigilum Magistri, Hailbronnæ immisisset, re planè infecta castra solverunt, viisque Hallam Suevorum versus initis, cùm ad Viselocum, quæ trium horarum progressu ab Heydelberga distat, propiùs accessissent, Dominus Horstius Heydelbergensium Gubernator, & Generalis vigilum Præfectus, quamprimum quicquid navium linciumq; in Necaro reperire erat, Heydelbergam convehi mandavit. Die 8. Octobris captivi quindecim in eandem urbem reducebantur, apud quos exploratum est, Bavaricorum exercitum sedecim legionum subsidiariis copiis adactum esse, id quod causa extiterit, cur è castris, quæ ad Hallam Suevorum optimè communierant, progredi ulterius debuissent, quo in itinere Dominus Dewerthius non levia ipsis damna intulisset, ac non spernendi numeri milites in Necaro submergi fecisset.

*Subsidiaria  
legiones Ba-*

Veram hanc captivorum fuisse relationem, minus una legione, brevi post re ipsa com-

compertum fuit. Serenissimus enim Archidux, Leopoldus Guilielmus, concomitante ipsum Comite Gallasio, Praefecto Generali, postquam praedictas legionum subsidiariarum copias (quarum Catalogus hic est : Legio Comitum de Monte Cuculi, quae 450. militum 8. cohortibus constabat: Pompejana 350. octo turmis : Trauditschiana totidem cohortibus 300. hominum: Hatzfeldiana itidem 300.: Bocarmiana 8. cohortibus 280. militum : Palaviciniana sub decem vexillis 450. defensores habebat: Hanoviana sub octo 350 : Auerspergiana sub totidem 300: Stahliana sub sex 330. Veteranorum Nassovica sub sex 300. Verneriana sub decem 430. Marci-Croata sub totidem signis 300. Philippica sub sex turmis alebat 300. Gallasianorum dimacharum sub septem cohortibus erant ducenti, quibus si addideris unicam adhuc centum militum cohortem, quindecim habebis legiones, quae sub 112. signis comprehensae, quater mille septingentorum & quadraginta quatuor capitum exercitum justo numero constituerunt. Huic adjunctae erant machinae fulminales qua grandiores quae leviores triginta sex, & trecenti circiter currus impedimentis provehendis destinati, quae ut ab hostium incursum salva praestarentur,

Septemb

Anno

1645.

vavo à Ca

sare missa.

Septemb  
Anno  
1645.

tur, custodiae eorum praerant Tribunus  
Mislingius cum 134. Eberstenius cum tot-  
idem, tyronum Nassovicorum 185. & Gie-  
senburgius cum 185. militum delectorum  
valido commilitio: quae subsidiariae copiae  
in universum effecere, quinquies mille tre-  
centorum septuaginta octo bellatorum  
munitissimam phalangem: ) Bavaricorum  
signis adjunxisset, Galli viribus suis diffisi  
quamprimum terga obvertere hostibus  
caeperunt, atque in eo receptu fugae simili,  
superato Necaro, non sine confulis ordini-  
bus ad Philipsburgum, quo quidem in  
propugnaculo Gallicae nationis milites ma-  
jori ex parte substitere, reliqua vero succe-  
dentium Vinariensium Hassiacorumque  
signa Rhenum trajecta sunt, quorum hi  
iuxta Spiram ac Wormatiam iter suum  
Moguntiam versus instituerunt, atque ibi-  
dem in alteram Rheni ripam denuo expo-  
siti Wisbadenam concesserunt.

*Galli con-  
spectum  
Caesareo-  
Barbarico-  
rum susti-  
nerene-  
queunt.*

Hae rerum confusione, & fugiendi ne-  
cessitate imposita, Galli V Vimpfenae, Bis-  
sighemii, Eppingae, Brettæ & Bruchsalii,  
nec non per campestria & pagos, haut le-  
vis momenti milites amisere, ne dicam,  
quantum in amissione com meatuum o-  
mnis generis bellicorum, machinarumque  
tormentariarum & id genus plurium per-  
ditione,

ditione, uti in eiusmodi occasionibus fieri Septemb  
 assolet, iacturam passi sint. Coniuncti inte- Anno  
 rim Cæsareorum Bavaricorumque exerci- 1645.  
 tus Gallos, quantum fieri potuit, insecuti  
 sunt, atque ad Philippi quoque Castrum  
 proximè accessum fecerunt. Quandoqui-  
 dem autem Galli castris ita confidebant, ut  
 ob adversum detonantium ex eo munimē-  
 to tormentorum humique paludosa favo-  
 rem, noceri ipsis ullo assultu non posset;  
 adhæc iidem impedimentorum militum-  
 que non temnendam partem navibus Rhe-  
 num traici fecerant, Hassiacis iam biduo  
 ante eundem fluvium traiectis, ut per alte-  
 ram Rheni ripam ad suos reverterentur;  
 ac porrò longè latèque per illam viciniam  
 nec pabulorum aliorumve sustentandi ta-  
 ti utrimq; exercitus mediorum quicquam  
 reliquum erat, fieri aliter nequibat, quin  
 Cæsareo-Bavaricæ Copiæ VVimpfenam  
 retrocederent, quo tamen in itinere se-  
 quentia oppidula in deditionem accepe-  
 runt, Eppingiam cum 130. Bruchsalium  
 cum 60. Brettram cum 230. Bissighemium  
 cum 130. Viselocum cum 60. Pforzhe-  
 mium cum 150. præsidiariis, in quorum  
 postremo duobus quoq; gravioribus ma-  
 chinis potiti sunt victores; eò quod Gallis  
 earum provèhendarum tempus reliquum  
 non fuerat.

Dehinc

Septemb  
Anno  
1645.

Dehinc legiones Cæsareæ, unâ cum Archiduce Necaro superato, in Iubari conterminos agros, virium quas nonnihil jam attriverant, reficiendarum causa descenderunt. Mergēthalia ne unius quidem tormenti displosi aliussve machinæ fulminalis minoris ictum excepit, verum qui defensionis eius paulò ante præfuerant, trecenti nationis Francicæ milites, paucis diebus antè cum viarum certo quodam exploratore furtim discessere, fieri hac ratione facile posse sibi persuadentes, ut è hostium manibus salvi elabantur; explorati tamen, per Cæsareorum militum validam quandam cohortem in via partim mactati, partim intercepti atque ad diversa loca raptati sunt.

*Wimpfena  
per Bavaricos  
recuperatur.*

Quamvis etiam Gallicum præsidium sexcentorum militum Wimpfenam per aliquot dies non sine militaris specimine virtutis adversus Bavaricos egregiè defenderent, viribus tamen impares, cum 16.26. Octobris mœnia in ruinam concuti viderent, atque ad impetum in urbem faciendum omnia in procinctu starent, nolentes volentes in deditionem consentire, Gallis Philipsburgum dimissis, Germanis autem Bavaro militare iussis. Reperta sunt in urbe Gallorum tormenta majora octo, Captivula

capulta una igniaria, & campestris quæ Septemb  
dam machina, post quod acceptum da- Anno  
mnum, Galli paulò post in hyberna de- 1645.  
scenderunt, legionibus Germanorum  
trans Rhenum, Francorum verò majorem  
partem versus Lotharingiam & Galliam  
hospitia acquirantibus.

Ineunte Septembri Erlachius, vigillum *Erlachius*  
Generalis Præfectus, & præsidii Brisacen- *diversa lo-*  
sis Ephorus, cum valida centenorum ali- *ca Duellia-*  
quot militum ad Podamicum usque la- *nis tributū*  
cum excurrans, Monasterium Reichau, *solvere ne-*  
Wingardiam & plura alia loca Duellianis *gigentia*  
promissum tributum pendere negligentia, *ad obsequiū*  
diripuit, subjectis partim ignibus exussit, *redigit.*  
& ducentas amplius partim Ecclesiastici  
partim secularis ordinis personas captivi-  
tatis necessitate multavit.

Bavarici quoque ex præsidio Friburgen- *Freibur-*  
si ad Rheinfeldiam usque procurrentes, *genses idem*  
pagum VVühlen, propterea quod tribu- *attendant.*  
tum solvere itidem recusaverat, penitus  
expilarunt, & præter spolia cætera multum  
pecoris Friburgum coëgerunt.

Die Veneris 16. 26. Septembr. merca- *Mercatores*  
toribus atque vectorariis Noribergensi- *Noriber-*  
bus, dum Herbipolim nundinarum causa *genses spo-*  
descenderent, insignia damna illata sunt: *liati.*  
valida enim 150. militum quæ peditum  
quæ

Septemb  
Anno  
1645. quæ equitum cohors ex improvise accurrens triginta sex currus invasit, spoliavitque non solum, sed & præter 70. ablatos equos, & variæ sortis merces abspertatas, decem quoque personas trucidavit, plures vulneravit.

*Dominus  
Ketlerus  
Erfurti  
gladio  
transfixus.*

Vigesimo secundo mensis præsentis Suevicæ cujusdam legionis quidam Secretarius Erfurti Dominum Ketlerum, loci illius Commendatorem, cum nuptiis interessent, in publico choragio gladio in tantum transfixit, ut animam illicò efflaret.

*Fridberga  
Wetteravorum  
frustrâ tenta-  
sa.*

Die Solis 28. Septembr. Hassiaci inferiores, Duce Tribuno Domino Sant-Andrea, Fridbergam Wetteravorum frustrâ de expugnatione tentarunt, virtute propugnantium compulsi, ut post viginti duorum circiter ignitorum globorum immissionem, quorum tamen fuit irritus effectus, & acceptam duorum crepitaculorum, quæ relinquere debebant, iacturam, Butzbacum retrogredierentur.

*Hugo Gro-  
tius mori-  
tur, Rosto-  
chis.*

Vigesimo secundo Sextilis, Dominus Hugo Grotius, Regis Galliarum p. t. Legatus, Rostochii vivis excessit, postquam ex aula Stocholmiensi (ubi regia accepisse munera scribitur) ad suos reversurus in Pomerania Inferiore apertissimum vitæ periculum incurret. Confracto enim per vehe-  
men-



mentissimum sævientis procellæ impetum Septemb  
 malo navis, in qua vehebatur, Grotius ex Anno  
 horrendo eius fragore toto in tantum cor- 1645.  
 pore contremuit, ut indè usus loquelæ ia-  
 cturam pateretur, & triduo post spiritum  
 vitalem efflaret, quem porrò exemptis vi-  
 sceribus balsamo inunctum fuisse literis af-  
 ferunt.

Ultimo Sextilis hunc secutus est præci- *Barillon,*  
 puus ille quondam Parlamentarii apud *Parlementi*  
 aulam Parisiensem Senatus Præses, Domi- *Præses Pi-*  
 nus Barillon, quem in urbe Pignarola ani- *gnarola.*  
 mam creatori suo reddidisse accepimus.

Die 2. 12. Septembris, Dn. Comitem Comes Ni-  
 Nicolaum Esterhasium, Hungariæ nuper *colaus E-*  
 Palatinum, dysenteria expunxit, cuius obi- *sterhasi,*  
 tus Hungariæ regnum ob novi Palatini e- *Hungaria*  
 lectionem novis motibus turbasse conten- *Palatinus,*  
 ditur, Ragozkyo per Deputatos suos à Cæ- *dysenteria.*  
 sare efflagitante, ne filium suum in locum  
 defuncti surrogare dedignaretur.

Hoc itidem mense Pragæ vivere desuit, *Lasko, Co-*  
 Dominus Lasko Comes à Wallenstein, in *mes de*  
 exercitu Cæsareo vigilum Generalis Præ- *Wallenstein*  
 fectus, & præsidii Pragensis p. t. Ephorus, *Praga, mor-*  
 quem die 3. 13. Octobris in recens exstru- *bo Hunga-*  
 cto Patrum Jesuitarum sacello, quod *tico.*  
 est in minore urbe, mandatum terræ fuisse  
 referunt.

Post

Septemb  
Anno  
1645.  
*Belli Flan-  
drici conti-  
nuata re-  
latio.*

Post irritam Insularum in Flandria op-  
pugnationem, de qua in præcedenti libro  
tertio paginis 156. & 157. actum est, cum  
Galli uno & altero die circa dictam urbem  
passim omnia depopularentur, facilèque  
cognoscerent, hîc locorum operæ dignum  
geri nihil posse, die 13. 23. Septembr. castra  
illinc moverunt, atque eo ipso adhuc ve-  
spere oppidum Meenenam in deditioem  
acceperunt. Quo, & cæteris fluvio Lisæ ad-  
iacentibus urbibus sufficienti præsidio cõ-  
munitis, sequenti die Piccolominiu[m] ca-  
stris suis, quæ ad Cortracum metatus fue-  
rat, exturbatum, non sine notabili ordi-  
num confusione Ypram usque profugere  
fecerunt, ubi non diu commorati, i-  
ter suum Touseleram versus instituerunt,  
illincque ad traiectum vulgo *d'è Garth*/  
progressi sunt, quorum tamen adventum  
nec Lotharingiæ Dux nec Beckius expe-  
ctandum censuit, quin potiùs occupatas  
hactenus munitiones deferentes, Ganda-  
vum hic, ille Brugim sese recepit. Die 17.  
27. Septembr. militiæ Gallicanæ Summi  
tunc per Flandriam Præfecti, Dominus de  
Gassion & Ranzovius cum Principe Au-  
riaco præsentibus collocuti sunt, qui cum  
hilaritati & genio nonnihil indulgissent,  
de Canale intercipiendo superandoque  
labo-

laboratum porro fuisse nunciatum est, cu- Septemb  
 jus rei successum in sequenti mense Octo- Anno  
 bri, ubi de obsidionis Hulstanæ initio tra- 1645.  
 ctabimus, videre erit.

Belli in Catalonia gesti statum quod at- *Catalonici*  
 tinet, Hispaniæ Rex hoc circiter tempore  
 Domino Philippo de Sylva in mandatis  
 rigidioribus dederat, ut Balaquieram, ma-  
 gni momenti urbem, (quam Galli, post  
 obtentam feliciter die 22. Junii victoriam;  
 de qua in præcedenti libro pagg. 124. 125.  
 126. relatio extat, circumcidere cœpe-  
 runt) pertinente omnium rerum annonam,  
 eademque ad minimum in mensem suffe-  
 ctura, instrueret, quibus sollicitè obsecu-  
 turus, dictus de Sylva hunc in finem tre-  
 centos mulos farina, sale, oleo & carne  
 salsa onerari fecit, quos unâ cum 150. bu-  
 bus Balaquieræ immittere cogitavit, ad-  
 juncto 300. equitum peditumque 120.  
 præsidio, quod 25. Septembris media cir-  
 citer nocte Ilerdâ movit. Accidit autem,  
 cum iter nocte dieque continuari deberet,  
 ut miles quidam natione Cataloniensis,  
 qui cum dicto præsidio egressus fuerat,  
 militiam Hispanicam pertæsus, relictis Hi-  
 spanorum castris ad Gallos deficeret, qui  
 rem postea omnem hostibus prodidit.  
 Comes Harcurtius Cataloniae Protex  
 C quam-

Septemb  
Anno  
1645.

quamprimum de hoc intellexit, quingen-  
torum equitum signa confestim expediri  
mandavit, præmissisque aliquot signorum  
speculatoribus, cum hostes in propinquo  
esse referrent, Galli ex improviso eos ador-  
tos omni præsidio & annona emunxe-  
runt, ut ex militia equestri ducenti vix eva-  
derent salvi, cæteri autem omnes aut tru-  
cidati sunt, aut captivitatis jugum admise-  
runt. De quo successu, postquam Bala-  
quieræ Præfectus, Simon de V Vascharen-  
has, nuncia accepit, continuò tympani-  
stam ad Harcurtinum dimisit, Commea-  
tum Cōmissariis suis, quos deditiois cau-  
sa ad ipsum emissurus esset, expetens,  
quem etiam facile obtinuit, uti infra men-  
se sequente pluribus dicemus.

*Italiæ.*

Similiter Thomas Sabaudia Præfectus,  
traductis paulò ante exitum mensis sextilis  
per Sesiam fluvium copiis Gallicis, vacu-  
um illud præsidio oppidum Vigevanum 4.  
duntaxat à Mediolano milliaribus, sine fe-  
rè negotio per transactionem occupavit,  
cui adjunctum Castellum cum majoris,  
quam imaginatus sibi fuerat momenti esse  
deprehenderet, vim quoque ei intulit, tan-  
demque die Septembris duodecimo, post  
diversos insultus, per septem conditiones  
expugnavit, cum eius Præfectus Christo-  
phorus

phorus de Castro locum hunc egregie ali-  
 quandiu defendisset. Ajunt verò, Gallos **Septemb**  
 in memorato hoc Castello prædam uni **Anno**  
 millioni æquivalentem reperisse, quæ ta- **1645.**  
 men cum ex potiori parte seta aliisque il-  
 luc comportatis mercibus constaret, nu-  
 merata per vicinos mercatores & alios,  
 quorum intererat, sexaginta millium Co-  
 ronatorum summa à Gallis redempta fuit.

In Anglia præterea 20. Septembr. Fair- *Anglici:*  
 faxius, militiae Parliamentariae summus Di-  
 rector, Eques, Bristolam prævia quinque  
 articulorum compositione deditam ac-  
 cepit, in qua urbe Parliamentarios 140.  
 machinas fulminales reperisse relatum ac-  
 cepimus. Nec non oppidum Carmarthen,  
 quæ est metropolis in Carmarthenschie  
 in Vallia, & Chepstonum cum Castello,  
 in Parliamentariorum manus incidit.  
 Cromvvelius, Legatus Generalis, & tribu-  
 nus Dalbirijs, Basinghusam manu arma-  
 ta expugnarunt, ibidemq; Præfectus, Do-  
 minus Robertus Peaccius; interceptus,  
 140. autem aut circiter ex gregario com-  
 militio ferri acie deleti sunt, quæ Domus  
 licet una ex firmissimis, quas Anglia habet,  
 esset, Parliamentarii tamen Senatus man-  
 dato dirui ac mole sua solvi debebat. Bri-  
 stolæ deditioem insecuta est Chestriæ

Septemb  
Anno  
1645.

expugnatio, urbis mari Hybernico adjacentis, sub cuius favore traductio eius gentis in Angliam commodè institui potuit. Acriter hic locorum inter Regios Parlamentariosque concursus est, victoria in partem horum concedente, quippe ex regio commilitio ultra bis mille, & inter illos nonnulli militum tribuni, aliiq; Officarii plures intercepti fuerè, totidemque ferè ex utraque parte occisi perierunt, Rege ipsomet etiam magna cum difficultate salvo evadente. Dicta sua Majestas Regia, cum subsidiaria quinquies mille hominum signa V Vorcestræ adducere attentaret, ea via Poinctium, vigilum in militia Parlamentaria Generalem Præfectum, obviam habuit, tanto cum valore resistentem, ut coniecto in fugam Rege, sexcentos in arena mactatos, captivos 1500. & equos circiter 2000. in prædam relinqueret. E mortuis sublatus est Comes Lichfeldæ. Captivi numerum sanguinis adauxere, Thomas Glemham, Eques, Eboraci nuper Præfectus: decem item, equestris partim, partim tribunitiæ dignitatis viri: septem porro Capitaneorum Vicarii: Vigilum Præfecti quinque: Centuriones novendecim: Vicarii 14. Vexilliferiequestris 7. Hospitiorum designatores 4. & nobilis

nobilis existimationis circiter quadragin- Septemb  
 ta, cum Worcestriæ obsidio per tribunum Anno  
 Ionetum acriter interim urgeretur, quam 1645.  
 insignem victoriam Londinenses suppli-  
 cationibus ad Divos per omnia templa in-  
 stitutis solennissimè celebrarunt.

Adhæc in Scotia non sine sanguine cer- Scotici,  
 tatum est. Etenim David Leslæus, copia-  
 rum Scotico-Anglicarum Præfectus Ge-  
 neralis, postquam cum 4500. equitum  
 satellitio stipatus, ex castris ante Hervor-  
 diam, ut Regionum conatibus resisteret,  
 discessisset, eo verò itinere miserandum E-  
 denburgensium statum exploratum acci-  
 peret, commiseratione motus animum  
 induxit, dictam urbem ab obsidione,  
 quam hætenus passa fuerat, si possibile fo-  
 ret, liberare.

Hoc sine die 23. Septembris intra Gla-  
 scū & Stettingam in Montrossianos, contra  
 omnium expectationem, fecit impetum,  
 qua in re cū felici admodum uteretur suc-  
 cessu, universum illud commilitium nota-  
 bili jactura affecit: cum captivis erant,  
 Comes Rosburgi, item quos Angli sua lin-  
 gua Lords appellant, Hume, Litheo, Iohn-  
 stan, Lidsdael, & Ogleby. In pugnae lo-  
 co, præter Comitem de Graffort, occubue-  
 re 2500. porro 700. in fuga perierunt,

Septemb quorum paucis post diebus ducenti adhuc  
 Anno ex vulnerum acceptorum malitia defece-  
 1645. runt, captivorum autem numerus ad 700.  
 usque excurrit, & ex eodem hoc conflictu  
 signa seu vexilla 80 reportata sunt, arma-  
 que 4000. militibus instruendis ablata,  
 Comes verò Montrossius cum paucis qui-  
 dem agrè admodum fuga sibi consulens  
 in firmissimum quoddam castellum se re-  
 cepit, cuius rei literas Edenburgi 16. 26.  
 Septembris, aliasque Londini 6. Octobris  
 exaratas fide dignas habemus testes.

*Hybernici.*

Ex Hybernia insuper relatum accepi-  
 mus, inter Regiam suam Majestatem &  
 Hybernos eius subditos de sequentibus  
 conditionibus convenisse. I. *Hyberni*  
*Romano-Catholici suæ religionis exercitio li-*  
*berè ac quietè fruerebuntur.* II. *Litera pa-*  
*tentes, & Documenta quæcunque in contra-*  
*rium scripta revocarentur, atque irrita*  
*pronunciarentur.* III. *Indultum esset Hy-*  
*bernis dogma Pontificium amplectentibus, ut*  
*Academiam publicam instruant, atque in ea-*  
*dem filios suos in religionis Romano-Catholi-*  
*ce exercitio informari educarique faciant.*  
 IV. *Quæcunque loca honorum & militia in*  
*manibus Hybernorum essent.* V. *Concedi-*  
*tur, ut liberum Parlamentum constituent,*  
*atque in eo, quicquid ad Statum politicum*  
 perti-



pertinere videbitur, componant, ita tamen ut Septemb  
 eiusmodi Parliamentum ab Anglia Corona de- Anno  
 pendeat, & auctoritatem suam ab eadem ac- 1645.  
 cipiat. VI. Nemini integrum esset ad Ba-  
 ronatus Statum aspirare, aut Baronem age-  
 re, nisi quotannis sexcenturum librarum cen-  
 sus percipiat, atque aliter in Parlamenti Se-  
 natum ne admitteretur. VII. Nemo No-  
 bilium plus duobus votis in Parlamento habe-  
 ret, &c. Præter hæc transactum quoque  
 fuisse intelligimus, ut pacificationis hujus  
 fruendæ gratiâ Hyberni decem millium  
 armatorum subsidiarium exercitum Regi  
 submittant, quorum sex millia jam nunc in  
 naves deducta essent, cæteri vero necessi-  
 tate flagitante submitterentur, de cuius  
 rei certitudine suo loco plura adducentur.  
 Londino autem de sexto Octobris confir-  
 matum perscribitur, Classem Parlementa-  
 riam quinque naves, com meatum tor-  
 mentarium vehentes feliciter expugnasse,  
 atque in iisdem Nuncium Apostolicum,  
 qui centum octoginta millia Aureorum  
 Hispanicorum, quos Galli *Pistoles* appel-  
 lant, ad Hybernos transportare debebat,  
 interceptisse. Sed de his satis.

Hoc rerum apud Christianos statu, in- *Caneam,*  
 credibile est, quantis Turcæ viribus in ex- *primarium*  
 pugnanda Creta insula, quam moderni *apud Can-*  
*diotas pro-*  
 C 4 Can-

Septemb  
Anno  
1645.  
pugnaculū,  
Turca de-  
ditam ac-  
cipiunt.

Candiam nominant, usi sint. Primum verò  
eumque vehementissimum impetum ex-  
cepit primarium universæ illius Insulæ pro-  
pugnaculum Canea, quod licet nostri for-  
titer adeò defenderent, ut Classis Turcicæ  
Bassa Generalis decem Beegas, qui nuper,  
Christianis subsidiarium militē munimen-  
to imittentibus, cū totidē triremib. in ex-  
cubiis fuerāt, nec, quo minus fieret, prohi-  
buerant, uno eodemq; die capitibus plecti  
mandaret, paulò post tamen maximi mo-  
menti hujus propugnaculi deditio insecu-  
ta fuit, necessitate, ut id fieret, non virtutis  
propugnantium defectu, verum commea-  
tuum bellicorum penuriā, atque exingen-  
ti ac pertinacissima hostium ex omni parte  
instantium vi impositā. Quandoquidem  
igitur nostri iteratos pluries assultus susti-  
nere diutius non valebant, Turcæ præsi-  
dium istud cum triremibus tribus & duo-  
bus navigis in portum Sudanum usque  
deduxerunt, confluentibusque in obtento  
hoc propugnaculo circiter viginti Maho-  
meticolarum millibus, indultum est, libe-  
rumque civibus relictum, ut in urbe aut  
manerent, aut aliò cum suis & familiis &  
facultatibus transgredierentur. Tracta est  
obsidio hæc in 54. usque diem, in quo  
tempore Turcarum, lue pestifera ac pro-  
pugnans

pugnantium fortitudine extinctorum, plus **October**  
 quadraginta millia periisse asserunt. Literis **Anno**  
 insuper 6. 16. Septembris Venetiis exaratis **1645.**  
 relatum accepimus, Turcas in expugnata  
 Canea 500. machinas fulminales, mate-  
 riam item ligneam, conficiendis triginta  
 triremibus sufficientem, & aliquot inte-  
 gras, reperisse. Adhæc, quod durante obfi-  
 dionis tempore quicumque ferè Officiarii,  
 ac præsidiariorum militum pars potior oc-  
 cubuerint, cæteri autem plerique vulneri-  
 bus incussis cum expansis vexillis, funiculis  
 accensis, ac tympanis sonantibus dimissi  
 sint: quam notabilem, etsi multo sanguine  
 constantem, expugnationem Turcarum  
 Tyrannum solenni ignium artificialium  
 publice accensorum triumpho profecu-  
 tum fuisse, literis Constantinopole testari  
 possumus.

Initium Octobris faciemus à considera- *Hulstana*  
 bili illa obsidione, quam Hollandi hucus- *Hollandi*  
 que Hulstæ Flandrorum coxere, quæ talem *circumse-*  
 in modum successit. Postquam die 29. Se- *dent.*  
 ptemb. Princeps Auriacus cum universis  
 castris, & 125. machinis & fulminalibus  
 tormentis ad Markircham & Lovendi-  
 cum, sesquihoræ infra Gandavum viâ tra-  
 iectum, quod vulgò die *Schre* appellant,  
 præcessit, & quasvis ei adiacentes muni-  
 tiones

October.  
Anno  
1645.

riones præfidiis probè instruxisset, in mandatis porrò dedit, ut Lovendicum (Gandavi causa) perfectæ fortificationis operibus cingeretur. Bellico igitur cum militiæ Gallicanæ Generalibus habito consilio, eo ipso die Gallorum exercitus cum 5000. Hollandicorum militum copiis & 400. curribus castra movit, iterque versus Andernā iniiit, quos Princeps sequente statim die secutus est. Dum hæc ita fiunt, firma quædam castrorum manus ad Petigemum Scaldim per vim transit, ibidemque accolarum, qui hostes transitu prohibere satagebant, complures trucidat, dehinc in Alostanorum agros, intra Alostum & Teneramundam urbes, progreditur, ibidemque Principis adventum opperitur, qui illicò subsequens, ad maiorem transitus, qui est Petigemi, securitatem, ibi locorum firmum aliquot millium armatorum præsidium reliquit. Circa Alostum Galli quidem subsistere iussi sunt, Hollandi autem duarum horarum itinere supra Teneramundam Wetteræ fluvio Scaldi denuò superato Wasiaë ditioni signa intulerunt. Mercurii 4. Octobr. S. N. Princeps Auriacus summo mane Lockeram pervenit, ubi cum in hospitio sub scuto Cigni pransus esset, post meridiem Steckenum  
versus

versus processit, illincque primæ aciei a-  
 gmina usque ad fortalitium S. Johannis-  
 stein, quod horæ unius non integræ termi-  
 no ab Hulsta distat, progredi, atque tali  
 modo obsidioni Hulstanæ initium fieri fe-  
 cit, qui subitus Hollandorum adventus,  
 universos territorii Wasiani incolas tanto  
 concussit terrore, ut mille numero Antuer-  
 piam, Bruxellas, & ad alias mœnibus fir-  
 mioribus cinctas urbes, confugerent.

Quinto Octobris Hollandi palas pri-  
 mum humi defigebant, tantoque cum fer-  
 vore operi insitebant, ut circa decimum  
 mensis præsentis duplicis staturæ virilis al-  
 titudine terram egressisse perhibeantur, un-  
 de nemo non rerum bellicarum peritus  
 metuit, ne brevi post munitissima hæc  
 civitas in obsidentium manus sit concessu-  
 ra, maxime cum Hollandi, quorum in re  
 tormentaria machinæ centum viginti  
 quinque grandiores numerabantur, intra  
 paucos dies diversorum fortalitorum potiti  
 fuissent, urbemque tribus primariis statio-  
 nibus circumdedissent. Cui malo & hoc  
 accedit, quandoquidem Hulsta p. t. non  
 nisi 1200. militum præsidium alebat, cu-  
 ius tamen defensionis ter mille vix suffi-  
 cere Antverpia relatum habemus, ut eius  
 Præfectus, Dominus de Hennyn, notæ a-  
 lioquin

October.  
 Anno  
 1645.

October,  
Anno  
1645.

licquin virtutis & experientiae militaris vir, quævis exteriora urbis munimina brevi deserere, atque intra mœnia se recipere compelleretur, ubi per continuas machinarum fulminalium dispositiones, ignitorumque globorum injectiones, ac violentos hostium assultus alios eò angustiarum redactus est, ut sequenti quamprimum mense in deditonem legibus præscriptam nolens volens consentiret, de qua re in sequentibus plura.

*Sueci ex  
Austria in  
Moraviam  
revertun-  
tur.*

Torstenohnius, Campi-Marescallus Suecicus, antequam ex agro Austriaco cum castris, uti supra diximus, secederet, Creutzenstenium, arcem quamvis non leviter firmam, & à suis hætenus occupatam, duobus duntaxat milliaribus Vienna distantem, subiecto tribus in locis tormentario pulvere exuri mandavit. Dehinc castris quoque suis, quæ circa Stockeravian in hunc usque diem habuerat, succensis, universi exercitus sui copias Iglaviam versus produxit, illiusque urbis præsidio ac defensionem Tribunum Oesterlingium præfecit. Ex illa vicinia cum rursus castra movens in Bohemiam contendere animum induxisset, eo itinere in ducentorum equitum turmam, qui Brunna prædatum exierant, & cum 300, omnis generis pe-

ris pecorum præda domum jam reverti co-  
gitabant, casu incidit, quorum illos, qui  
fuga elabi non potuerunt; aut occidit, aut  
cum omni præda captivos abduxit.

October  
Anno  
1645.

Sublatis ad Leumisel denuò castris, co-  
pias Bardovitzio admoveri mandavit, cui  
oppido & arci probè communitis, cum 15.  
25. & 16. 26. Octobris quadringentos am-  
plius pilas ignivomas, & incendiarios glo-  
bos immisisset, suscitato inde incendio,  
non solùm universa urbs, exceptis dunta-  
xat triginta sex aut circiter ædibus, penitus  
conflagravit, sed & arcis ipsius atrium, in  
quo annonæ major pars reservabatur, in  
cineres & favillas subleat. Impetum de-  
hinc in vallum tentare constitutum fuerat,  
veruntamen cum Torstensohnus cives æ-  
què ac milites, posthabito tam sævientis  
incendii extinctu, propugnationi sedulo  
invigilare animadverteret, pulvisque tor-  
mentarius, durante incendio, in subter-  
raneum quoddam cōclave, ubi ab igni sal-  
vus latebat, conjector fuerat, quare ab ul-  
teriori urbis oppugnatione destitit. Pot-  
rò tamen arcem Konizgehoram, quæ di-  
midio milliaris progressu dissidet, nec non  
Crudinum duabus legionibus commu-  
niit, die vero 20. 30. Octobr. firmissi-  
mam arcem Scallam, post levem oppugna-  
tionem

**October.** tionem suæ fecit potestatis. Quibus fe-  
**Anno** liciter expeditis, castra sua circa Opatfch-  
**1645.** nam & Smirfitzium componi, summos ve-  
 rò rei tormentariæ Praefectos adjunctos-  
 que Gitschinii hospitari voluit, & quan-  
 doquidem haud spernendum equorum  
 numerum per illam viciniam acquisive-  
 rat, ingentem omnis generis commeatu-  
 um quantitatem Landshutum in Silesiam  
 transportari mandavit.

*Königs-  
 marciand-  
 rum pro-  
 gressus.*

Königsmarci quoque non leves fuere  
 progressus, præterquam enim quòd per  
 Glaziensem Comitatum ad Moraviæ us-  
 que confinia, quam probè emunxerat,  
 complura loca Suecis tributaria redderet,  
 diversa etiam oppidula, & inter illa Te-  
 schenum, V Veiskircham & Lippenam, ar-  
 mata manu sub eorundem jugum misit,  
 Olmucio ingentem omnis generis feu-  
 mentorum annonam subvexit, Freuden-  
 thalium per vim, die 28. Octobris autem  
 lägerndorffium stratagemate expugnavit.  
 Quo circiter tempore de dimittendo in  
 hyberna milite apud exercitus consilia  
 comportata sunt.

*Cæsar Le-  
 gatum Tur-  
 cicum à se  
 dimittit.*

Cæsar interea, quem in aula sua Lintzii  
 hæcenus aluerat, Legatum Turcicum, post  
 oblata pretiosissima munera, à se dimisit,  
 qui prono illinc Danubio Viennam de-  
 scens



scendens, Lunæ demùm 6. 16. Octobris **October.**  
 cum quinque navibus iter Constantino- **Anno**  
 polim versus ingressus est. **1645.**

Paucis saltem post diebus Cæsarea sua **Comitem à**  
 Majestas Comitem quoque Trautmans- **Trautmäs-**  
 dorffium, uti Plenipotentiarium suum, ad **dorf Mona-**  
 generales pacis tractatus, Osnabruccæ & **sterium ad**  
 Monasterii habendos, prævia instructio- **pacis tra-**  
 ne ablegavit, quam gravissimam & magni **ctatus ab-**  
 momenti provinciam cum memoratus **legat.**  
 Dominus Comes obsequentissimè in se  
 recepisset, die tandem 14. 24. Octobr.  
 circa secundam pomeridianam Lintzii na-  
 ve conscensa iter aggressus est, illinc Ratis-  
 ponam, dehinc Noribergam, Francofur-  
 tum, Coloniam & Monasterium petitu-  
 rus, de cuius itineris successu infra pluribus  
 agemus.

Referendum est in præsentiarum, quam **Polonia Rex**  
 splendidissimam modernus Poloniæ Rex **cum Ducis-**  
 superiore autumno legationem expedie- **sa Niver-**  
 rit in Galliam, matrimonii contrahendi **nenfi ma-**  
 causa cum Ludovica Maria Gonzaga, Du- **trimonium**  
 cissa Nivernensi, Reginaque in Poloniam **contrahit.**  
 deducendæ. Fuerunt autem Legati, Wen-  
 ceslaus Comes de Lesno, Princeps & Epi-  
 scopus Warmiënsis, & Christophorus Co-  
 mes de Bnin Opalinski, Palatinus Polno-  
 niensis, regni Poloniæ primi ordinis Sena-  
 tor;

October.  
Anno  
1645.

tor; vir uterque cum Generis splendore ac dignitate, tam prudentia, variarumque linguarum peritia insignes. Ji cum splendidissimo comitatu virorum in Polonia Illustrium, aliorumque Nobilium & famulorum, quadringentorum numerum ferè superante, totidemque equis, 20. Octobris in sancto Dionysio propè Parisios appulerunt: ubi cum dies aliquot quieti dati fuissent, 29. eiusdem mēsis ipsam Parisiorum urbem solenniter, tantaque cum pompa & magnificentia ingressi sunt, ut ab hominum memoria similem legationem in Galliis visam non fuisse Galli testentur. Peregrinæ gentis adventus & vestitus peregrini novitas, uti & ipse Legationis splendor, universum ferè magnæ istius urbis populum ad spectandum attraxit, plateis fenestrisque ex concursu repletis. Admirabantur Galli cum primis sumptuosissimum cum vestimentorum, tum equorum pretiosissimorum, gemmis, auro & argento ornatorum, splendorem. Introducti sunt Legati per ingentem numerum Virorum Illustrium & Nobilium, à Regiis Majestatibus Galliæ ablegatorum, è quibus Dux Elbeufius, & Comes Hattcourtius, Legatorum latera claudebant. Die 31. Octobr. ad solennem audientiam admissi sunt;

sunt, primùm apud Regias Majestates Gal-  
 liae, deinde apud Regiam Sponsam, cui  
 nomine Regis Poloniae pretiosissima ob-  
 tulerunt munera. **Quinto Novembris**  
 solemnità Regiarum nuptiarum in Sacello  
 palatii regii celebrata sunt, cum magni-  
 ficentia planè regia, ubi Episcopus War-  
 miensis sacra actumque copulationis ad-  
 ministravit: Palatinus vero Bosnaniensis,  
 uti regiam personam repræsentans, sponsi  
 locum occupabat. Post has cæremonias,  
 Regia Sponsa per Regem Galliae, & Du-  
 cem Andegavensem, ad nuptiales epulas  
 deducta est, quibus interfuerunt Rex, Re-  
 gina Mater, Duces, Aurelianensis & Ande-  
 gavensis, nec non Legati Polonici. Et ut  
 paucis omnia dicam, quicquid honoris &  
 benevolentiae excogitari potuit, id Le-  
 gatis à Regiis Majestatibus Galliae, aliisque  
 Principibus sanguinis & Magnatibus exhi-  
 bitum est. Die 27. Novembr. Legati cum  
 Regina Poloniae Parisiis solverunt, itinere  
 per Brabantiam ac Hollandiam, Bremam,  
 Hamburgum, Lubecam, indeque per Ste-  
 rinum Gedanum versus, instituto: In  
 quo itinere Regina ubique locorum, cum-  
 primis in Brabantia, maximo cum honore  
 excepta fuit.

Dum hæc Parisiis aguntur, Regia sua *Nuptiarum*  
 D Maje-

**October.** **Anno** **1645.** *Solennitates Gedani instituit.* **Majestas** animum inducit, nuptiarum futurarum solennitates apud Gedanenses instituere, quo fine certum quendam ex ministris suis eò amandavit, qui significato Senatui Gedanensi Regis animo, pro sexcentis regiis, ac totidem Regiæ Sponsæ equis, stabulationes conquireret, ac porro pro quingentis Polonicæ nationis Proceribus, quorum comitatus 10000. millium numerum excessurus credebatur, hospitia signaret.

*Magnus Moscovia Princeps moritur, post cuius mortem Comes Woldamarius in libertatem asseritur.*

Mortuo ad duodecimum Sextilis Magno Moscorum Principe, relictus eius filius, unanimi Procerum Statuumq; consensu, in locum eius surrogatus est. Quandoquidem autem novus hic Princeps negotio illi, quod defunctus eius Parens cum Comite Woldamaro, Regis Daniæ naturali filio, habuerat, se immiscere planè nolebat, consultius fore duxit, si prædictum Comitem in libertatem assertum à se dimitteret, quod non ipso tantùm opere adimplevit, verum etiam ( præter aliquot Persicos equos, & martium Scythicarum pellium fasciculos decem, quos viginti Imperialium millibus venisse aiunt: ) tricies mille thaleros imperiales pro viatico ipsi præsentari fecit. Vale igitur apud Principem dicto, die 26, Octobr. V Varsoviam perve-

pervenit, ubi Rex Poloniae, qui propterea October.  
ex venatu domum redierat, honorificè i- Anno  
psum tractasse scribitur, ex qua aula Comes 1645.  
VVoldamarus iter suum in Borussia in-  
stituit.

Tritemes Gallorum, cum superiori *Navigia*  
mente Sardinia insula solverent, ea in vici- *diversis in*  
nia navem quandam, trecentas setae farci- *locis inter-*  
nas, mercesque alias pretiosiores Neapo- *cepta &*  
lim vehementem interceperunt, inibiq; spo- *appulsa.*  
lia opima obtinuerunt. Alia Gallorum na-  
vigia, quae Telono venerant, sex navibus  
frumento onustis, quae ex Sicilia in Hispa-  
niam transire debebant, aliaque Turcica  
ditissima ex Algira potita sunt. Literis Lisa-  
bonae 25. Octobr. exaratis confirmabatur,  
magnum illum Gallionem, San-Lauren-  
tium, ex Indiis Orientalibus piperis ter-  
mille centenarios, totidemque nitri, & pre-  
tiosissimas alias merces exoticas advehen-  
tem, in portu illo feliciter appulisse: adhuc  
Classem quoque de Rio de Genero, viginti  
octo navibus constantem, quae praeter cae-  
teras variae sortis merces sacchari undecies  
mille cistas apportassent nunciaque tu-  
lissent, Lusitanos contra Hollandos in Bra-  
silia arma corripuisse, id quod eventus  
postea re ipsa demonstravit. Post supra di-  
ctarum navium adventum, Portugalliae re-  
gnum

**October.** gnum diversa adhuc alia navigia feliciter  
**Anno** excepit, quorum advectas merces decem  
**1645.** millionum thesaurum pretio adæquare  
 potuisse referunt. Ex Indiis præterea Hi-  
 spaniarum Regis argentiveha Classis por-  
 tum Caditzianum feliciter attigisse perhi-  
 betur, decem millionum divitias adve-  
 hens. Septem naves, ex sancti Lucæ portu  
 cum duobus auri millionibus & mercibus  
 progressæ, illum San-Mali prospero cursu  
 assecutæ sunt. De nono Novembris Genua  
 perscribitur, duas Reipublicæ illius trire-  
 mes propè Corsicam Insulam Turcicum  
 quoddam aphractum obvium habuisse,  
 atq; expugnasse. Octavo dicti mensis, So-  
 le ad occasum vergente, Anglica quædam  
 navis optimè instructa, quam Turcæ nuper  
 interceperant, jam vero iisdem in Candia  
 regno militantem nostri suæ iterum pote-  
 statis fecerant, in qua Turcarum 35. manci-  
 piorum verò Christianorum 40. veheban-  
 tur, Genuam appulit, quæ mancipia Chri-  
 stiana cum data quadam occasione infide-  
 libus superiores evaderent, novem eorum  
 trucidarunt, cæteros verò, manibus pedi-  
 busque revinctis, in imum navis deposue-  
 runt, ac postmodum cum dicta nave Ge-  
 nuam petierunt, in qua, præterquam quòd  
 asseres & plumbum vehebat, nostri 34. la-  
 xioris

xioris oris machinas fulminales reperisse **October.**  
dicuntur. Alius cujusdam Anglicæ navis Anno  
Patronus iniquè & fraudulenter egerat, **1645.**  
qui cum in Levante (uti regionem illam  
appellant:) navem suam pretiosis merci-  
bus, ad Hebræos Florentinos ac Livornen-  
ses spectantibus, onerasset, Villam Fran-  
cam de Niste petiit, ibique cum Sabaudis  
instituto tractatu, navis illas divitias cum  
ipsis divisit.

Hoceodem tempore aut circiter, qua- *Hollandorū*  
tuordecim Hollandorum mercatorias na- *14. merca-*  
ves in freto Danico, quod vulgò Sundam *toria naves*  
appellant, incomparabile damnum con- *in freto Da-*  
traxisse nunciatum est: quandoquidem *nico sub-*  
enim Danici ignem insidiosum ac sedu- *mersa.*  
ctricem, alio quodam loco, quàm Hollan-  
dicæ naves Sundam ingredi solent, in oc-  
culto scopulo sulcitaverant, Hollandi in-  
sidiarum ignari, nocturno tempore cur-  
sum illuc direxere, navesq; ad unā omnes  
misere submersæ perierunt, damno cum  
quatuor auti millionibus, ut aiunt, vix re-  
sarciendo.

Romæ interim secundo mensis præsen- *Ceninghius*  
tis Cardinalis Ceninghius, annum agens *Cardinalis*  
unde octuagesimum, apoplexiâ moritur, *apoplexiâ*  
Antonius Barbarinus autem, Cardinalitiæ *moritur*  
quoque dignitatis vir, eodem die, propter *Roma, ex*  
*qua urbe*  
*ea Cardinalis*

*October.* ea quod discedendi veniam à Pontifice  
*Anno* impetrare adhuc non potuerat, media cir-  
*1645.* cite nocte, in rheda quadam, cum quin-  
*Antonius* que aliis personis, & ducentorum millium  
*Barbarinus* Coronatorum viatico, Genuam claculum  
*clanculum* proficiscitur, de qua re ut summus Ponti-  
*discedit.* fex intellexit, non solummodò quo vis e-  
 ius reditus arresto constringi mandavit,  
 sed & de illo intercipiendo diversis in locis  
 laboravit, qui tamen declinato insidia-  
 rium periculo Marsiliam salvus appulit,  
 cum eo in itinere unius Adamantis, sex scu-  
 tatorum nummorum millibus redimendi,  
 quem detracta chirotheca manu excussisse  
 creditur, jacturam passus esset.

*Galli sub*  
*Principe*  
*Thoma in*  
*Italia affli-*  
*gun ur.*

Galli hoc mense, qui sub imperiis Sab-  
 audia Principis Thomæ in Italia mili-  
 tant, per Hispanos non temnendam cla-  
 dem passi sunt. Etenim cum dictus Prin-  
 cepts intercepto Vigevano, (uti alibi di-  
 ximus) Castello illi quadringentorum pe-  
 ditum, equitum verò duntaxat sexaginta,  
 præsidium immisisset, rei verò annona-  
 riæ penuria compulsus, copias Cassaleam  
 versus reducere cogeretur, ecce 19. O-  
 ctobr. circa oppidum Pio, quod 2. hora-  
 rum itinere à Novara distat, per Hi-  
 spanos subitò incurritur, qui in lævum aci-  
 ei Gallicæ cornu penetrantes, trecentos  
 circiter



circiter partim trucidarunt partim capti-  
 vos obtinuerunt, ne dicam de vulnerato-  
 rum numero, inter quos erat Don - Mauri-  
 tius Sabaudus, quem vulneris accepti ma-  
 litia paucis diebus post Inuree extinxit, quo  
 in conflictu Hispani impedimentorum  
 hostilium insignem prædam acquisive-  
 runt, qui cum ea in occasione 40. occiso-  
 rum jacturam passi fuissent, & 120. vulne-  
 ratos haberent, Novaram sese receperunt,  
 Thomas verò Princeps concisi exercitus  
 sui reliquias favore ingruentis noctis  
 Carpignanum traduxit, ubi ex legionibus  
 Praslirii, Generalis Gallici, amissas vires  
 non nihilum restauravit.

October.  
 Anno  
 1645.

Consignato in infidelium manus Can-  
 diotarum propugnaculo Caneâ, Turcæ  
 portum Sancti Theodori quadraginta tri-  
 remibus multisque navigiis bellicis probe  
 firmarunt. Dehinc urbi Caneæ decies mil-  
 le armatorum præsidium immissum est,  
 portuique vicino de tertia exercitus Turci-  
 ci parte abundè provisum, cum interim re-  
 liquæ copiae, allatum commeatus bellicos  
 & annonam, in Eubœam & Rhodum in-  
 sulas dimitterentur.

*Turca in  
 Candia reo-  
 rum sua-  
 rum providi.*

Data igitur occasione, subsidiaria Prin-  
 cipum Christianorum Classis ad Veneto-  
 rum triremes ac navigia prope Sudam sele-  
 ad.

*Rumor ina-  
 nis, de Clas-  
 se Turcarum  
 à Christianis*

October.  
Anno  
1645.  
*nis profligata.*

adjunxit, de quibus rumore inani sparsum est, nostros Turcarum classem prope Sancteodorum conjunctis viribus invasisse, dissipasse, interceptisque circiter triginta triremibus, navium complures & Caranusalas tormentario fulmine contrivisse, eoque successu S. Theodori propugnaculum recuperasse, quæ tamen omnia, quantum cælum à terra, tantum à veritate abfuerunt. Licet enim nostri Caneam tormentis summo ardore infestarent, Turcaque in illo portu consistentes ad prælium lacessere attentarent, hi tamen præliandi cum Christianis aleâ detrectata, tuto portu confidebant, nec ullo modo ob suorum viciniam ad pugnam cogi poterant, qua occasione perdita, cæli postmodum injuriis factum est, ut armis minus concurreretur. Nihilominus verò terra marique laboratum interea est, ne supradictus commeatus, cujus advehendi causa Turcarum triremes Nigropontum & Rhodum exiisse innuimus, Caneæ inferretur, atque per id ipsum ejus recuperatio difficilior redderetur, qua in re cum vigiles nostri circumferrent oculos, sex Melitensium & quinque Venetorum triremes duodecim Turcarum, vario commeatum apparatusque

umque bellicorum genere onustas, prope **October.**  
Cericum feliciter expugnarunt. **Anno**

Venetis tunc Turca quidam, habitu sa- **1645.**  
cerdotali transformatus, in vincula ductus **Turca in-**  
est, qui magnis Sultani sui pollicitationi- **cendiarius**  
bus illectus, armamentarium Venetum ad **ad vincula**  
motis clanculum facibus exurere labora- **rapitur Ve-**  
verat: rumorque percrebruit, Caneen- **netis.**  
sium Governatorem, contra deditio-  
nis pacta, quævis Christianorum templa in  
Moscheas (quo nomine Fana Turcæ sua &  
delubra appellare solent:) convertisse,  
Campanilia diruisse, Presbyterum,  
dum Missæ officium celebraret, immisso  
acinace trucidasse, & duodecim rarioris  
formæ puellas - virgines conqueri fecisse,  
quas Imperatori suo, fœdæ libidinis irrita-  
menta, Constantinopolim transmitteret.

Sequitur nunc Balaquieræ, primariæ a- **Balaquieræ**  
pud Catalonienses urbis deditio, quam **Gallis de-**  
Hispani Gallis fecerunt. Misso enim per **ditur.**  
Comitem Harcurtium, quem Præfectus,  
Simon de VVascharenhas, pro deputatis  
suis deditio- nis causa (uti supra adduxi-  
mus) petierat Commeatu, datisque hinc  
inde obsidibus, licet obsessi alia conditio-  
ne ex urbe discedere recusarent, nisi cum  
sex machinis, & ingenti commeatuum tor-  
mentariorum quantitate, quam secum de-  
portare

**October.** portare cogitabant, Leridam seu Ilerdam  
**Anno** dimitterentur, per Gallos tamen eò reda-  
**1645.** cti sunt, ut 19. 29. Octobris legibus ab  
 Harcurtio præscriptis acquiescentes, loco  
 cederent, inter quos & Gallos convenit, ut  
 præsidium istud 2600. militum per Gal-  
 liam Fonterabiam versus deduceretur.

*Parlemen-  
 tarii diver-  
 sa loca &  
 Castella  
 Regis adi-  
 munt.*

Nec non Parliamentarius exercitus hoc  
 mense negotium belli prosperè gessit. Præ-  
 terquam enim quòd 3. huius munitum  
 Castellum Devis in deditioem acceperat,  
 Olivarius Cromweil, Legatus Generalis,  
 die 24. Octobr. domum Bassing vi quo-  
 que occupavit, in qua reperisse ac obti-  
 nuisse aiunt, decem machinas bellicas, vi-  
 ginti pulveris tormentarii cados, vexilla  
 novem, ducentorum virorum armaturam,  
 ducentos equos, captivos centum octo-  
 ginta, (quorum in numero erant, ipse Mar-  
 chio Wincestræ, præcipuæ existimatio-  
 nis Pontificius, & Domus huius plurium-  
 que magni momenti locorum aliorum  
 proprietarius Dominus, præsidii item E-  
 phorus, ac diversi Officiarii, qui Londi-  
 num transmissi sunt) viginti nobiles fœ-  
 minas, quatuor presbyteros, lintea & Ec-  
 clesiasticam variarum rerum supellectilè,  
 octies mille Sterlingorum libris vix com-  
 parabilè, butyri vasa non pauca, apparatus  
 omnis

omnis generis bellicorum ingentem  
 quantitatem, picturarum quoque & libro-  
 rum haud tenuem numerum, mille cistas  
 variis mercibus repletas, quadringentos  
 saccos frumenti, ducentas tonnas carnis  
 falsæ, trecenta porcorum ingrassatorum  
 latera, casei pondo quater mille, quæcun-  
 que argentea vasa prædicti Marchionis,  
 quinquies mille Sterlingorum libris æsti-  
 mata, nec non loci illius Præfecti, Dn.  
 Roberti Peaccii argenteam supellectilem,  
 quingentas Sterlingorum libras exceden-  
 tem: adhæc universa quoque sæpius ad-  
 ducti Marchionis mobilia, 1300, Pondo  
 Sterling. Sterlingorum libras trecentas  
 in auro, in argento quater mille. Perie-  
 runt in ignibus cistulæ quatuor, gemmis  
 unionibus, cimmeliis atque id genus aliis  
 pretiosis rebus refertæ, item vini ac cere-  
 visia vasa non pauca, ad quæ ex incendii  
 vehementia penetrari non potuit. Hanc  
 expugnationem secuta est Castellum Vin-  
 cestria occupatio, quod licet firmissimum  
 esset & 680. militum cum equitum cum  
 peditum præsidium aleret, post 200. ta-  
 men tormentarios ictus exceptos, defecit,  
 Parlamentarique inibi repererunt machi-  
 nas fulminales septem, pulveris nitrati vasa  
 viginti, globorum scloppetis aptorum  
 pondo

October

Anno

1645.

October. pondo bis mille, funiculorum pondo o-  
 Anno 1645. ctिंगenta, canrium ac lardi ingentem  
 quantitatem, Casei libras 150000. buty-  
 ri 800. farinae modios 400. & annonam,  
 quam brevitatis causa silentio præterimus  
 aliam magna affluentia. Nec non Cheps-  
 ton, arx munitissima, Parliamentariorum  
 dedititia facta est, repertis inibi octodecim  
 machinis, armatura pro trecentis militi-  
 bus, centum captivis, triginta equis, cæte-  
 risque apparatus bellicis atque annonæ  
 quantitate non temnenda. Tribunus Mor-  
 ganus, Glocestriæ Gubernator, cum Ca-  
 stello Manmouto per vim potitus esset,  
 præfidiarios cum baculis duntaxat decor-  
 ticatis abire permisit, in Castello autem  
 reliquerunt 11. machinas fulminales,  
 300. bombardas, 100. hastas, 10. vasa  
 pulvere igniario oppleta & globorum nu-  
 merosum acervum: illinc verò memora-  
 tus Gubernator ad obsidendum Castellum  
 Rogeland processit.

Regii sub  
 Digbyo &  
 Langdal  
 cast.

Præterea cum Dominus Digbyus & E-  
 ques Langdalius 1600. equitum signa in  
 Scoriam traducere, ibiq; cum Montrossio,  
 Generali Præfecto, conjunctionem ar-  
 morum facere constituissent, in itinere illo  
 250. Parliamentarios equites obvios ha-  
 buerunt, à quibus, Duce Colonello Ros-  
 sitero,

litro, ad statariam pugnam coacti, post Octobrem  
 acerrimum conflictum in fugam denique Anno  
 versi sunt, cum ea occasione 600. equos, 1645.  
 500, omnis generis arma, & quod omni-  
 um pessimum est, memorati Digbyi, pro-  
 priam rhedam, in qua multa secreta & im-  
 portantissimæ consequentiæ literæ refer-  
 vabantur, perdidissent. Tunc quoque ca-  
 ptivitatis necessitatem adierunt fæminæ  
 nobiles non paucæ, 4. Colonelli, 3. Capi-  
 taneorum Vicarii, 6. Centuriones, multi  
 Officiarii alii, & velitarium equitum 400.  
 in pugnae autem loco, præter militum Tri-  
 bunos duos, plus quadraginta gregarii non  
 occubuisse perhibentur. Rex, qui tunc  
 VVellechusii commorabatur, quamprimum  
 ingrata de hac suorum strage nuncia  
 accepit, illinc Neowarcum ac porrò O-  
 xoniam, septuaginta duntaxat equitum  
 præsidio stipatus secessit. Hæc de Octo-  
 bri sufficiant.

Novembrem ordiemur à memorabili  
 illa munitissimæ in VVassiano territorio  
 urbis Hulstæ deditio, cuius obsidionis  
 initium in præcedenti mense descripsi-  
 mus, subnexuriam, quinam illius fuerit  
 exitus.

Postquam igitur Princeps Auriacus, & Hulsta ab  
 Bredetodius, 2. Novembris opera sua Hollandes  
 trans occupatur.

Novemb trans fossam usque promovissent, cuni-  
 Anno culique ad mœnia aëti essent, & Hollandi  
 1645. certum quoddam vallum occuparent, per  
 tubicinem porrò Auriacus Gubernatori  
 significari fecit, omnia jam in procinctu es-  
 se, ad urbem ex omni parte oppugnan-  
 dum; mentem itaque suam brevibus de-  
 clararet, utrum in tolerabiles deditio-  
 nis leges consentire, aut urbem, quam modò  
 in agone esse videret, obstinatè defendere  
 mallet. Infestabantur interim obsessi no-  
 ÷te dieque continuis tormentorum gran-  
 diorum assultibus, idque tanta cum perti-  
 nacia, ut novam quasi Gomorrhæam cœli-  
 tus incensam conflagrare dixisses. Deten-  
 tus est in urbe prædictus tubicen ultra ho-  
 ram, donec consilium bellicum haberetur,  
 in quo conclusum, ne de facienda de-  
 ditione mentio fieret, quin potius tubici-  
 ni responsi nomine daretur, fore, ut  
 Hulstani potiùs quævis extrema expecta-  
 re, quàm Hollandorum deditio fieri ma-  
 lint. Quod ut Princeps intellexit, inspe-  
 ctis priùs cuniculis, in tormentariis agge-  
 ribus, quorum septem erant, singuli de-  
 cem majoribus tormentis instructi, omnia  
 expediri jussit, militemque in aciem di-  
 sposuit, ut unus omnium in obstinatos fie-  
 ret impetus, quod cum obsessi animad-  
 verte-



Novemb  
Anno  
1645.

verterent, nec tantis se difficultatibus explicare possent, 3. Novembris Colonellos duos ad Principem miserunt, hic autem totidem alios eiusdem dignitatis milites in urbem amandavit, qui Capitulationem nō nisi in sequentes condiciones fieri posse significarent, quibus proinde assensum est, quarum argumentum tale. *I. Offensiones quaecunque ac hostilitates perpetua utrimquo oblivione involverentur. II. Præter reformatæ religionis exercitium in urbe nullum publicè admitteretur. III. Civitati universæ & quibusvis in ea habitantibus, immunitates ac privilegia sua sarta tecta relinquerentur, nec eorum usus ulli impediretur. IV. Civibus ac cæteris omnibus habitatoribus, cuius status aut conditionis illi sint, presentibus atque absentibus, sive muneribus regis præfuerint sive non, integrum esset, post horum pactorum ratificationem, cum domesticis suis, familiis, uxoribus ac liberis, bonis quibusvis mobilibus, documentis, literis ac scripturis, liberè ac nemine impediente proficisci, quò ipsis libitum fuerit, aut per integrum triennium in urbe commorari atque deliberare, utrum reliquæ vitæ suæ tempus ibi consumere aut aliò transmigrare velint Quo stante tempore, nemini prohiberetur ad loca & oppida Regi Hispaniarum subiecta proficisci, si saltem*

Novemb  
 Anno  
 1645<sup>o</sup>

tem commeatu Gubernatoris p. t. Hulstani fu-  
 erit instructus, atque is idem in hoc consense-  
 rit. Quod si autem intra praefixum trium an-  
 norum terminum, aut post illum, aliò transire  
 cogitarent, cum uxoribus ac liberis, familiis ac  
 facultatibus terra marique liberè dimitteren-  
 tur, nulli propterea nec vectigalium exactiõni,  
 nec navium bonorumve inspectiõni subiecti.  
 Adhuc necessariam quorumvis bonorum suo-  
 rum facere provisionem poterunt, eadem ven-  
 dere aut aliò vendenda transportare, sine ulla  
 vectigalium impositione, sub quocunque præ-  
 textu fieri illud posset. Porro cuius liberum es-  
 set, bona sua alius administranda relinquere,  
 annuosque census ac redditus pro lubitu suo per-  
 cipere ac frui. Quod si etiam eiusmodi bono-  
 rum proprietarios, sive intra sive extra civita-  
 tem, e vivis excedere contingeret, conditiis te-  
 stamenti tabulis sive neglectis, eadem heredi-  
 bus legitimis & sanguine proximè junctis o-  
 mni tempore sine tergiversatione permitteren-  
 tur, quæ postmodum, sive illa in mercibus, si-  
 pelledilibus aut id genus aliis consistant, pro li-  
 bitu abspportare poterunt, nullo alio commeatu  
 ad hoc faciendum opus habentes aut præsi-  
 dio, quam in presentit tractatu atque ratificata  
 transactione reperire est. Quibus autem cunq;  
 visum fuerit, familiam suam in locis neutrali-  
 bus instituerè aut ruri vivere, in urbem, toties  
 quoties

Novemb

Anno

1645

quoties libuerit, reverterentur, id quod tamen cum consensu Gubernatoris fieret. V. Quorum item ratio status exigeret, ut intra praedictum triennium illinc ad urbes & loca, quae Hispaniae Regis imperio obsequuntur, sese conferant, illi id ipsum quoad privata sua negotia, pendente dicto termino, expedirent, quoties & quando visum fuerit, libero semper relicto arbitrio, sive in urbem redeundi, ibique habitationes ac domicilia sua, ut antehac, occupandi, sive, ut supra dictum est, cum consensu Gubernatoris alio discedendi. Omnes vero ac singuli, qui praeterlapso triennio, in locis neutralitatem amplexis, tributoque pendendo subiectis, habitare animum induxerint, cum eiusmodi locorum habitatoribus iisdem immunitatibus ac privilegiis frui permetterentur. VI. Sub hac presenti transactione, & ejus articulis, includerentur comprehenderenturque, omnes ac singuli cives ac habitatores, qui pro tempore sunt praesentes; omnes item vitae religiosae personae, nemine, ceu supra adductum, excluso, sive habitationes suas in civitate habeant, aut cum bonis ac facultatibus suis illuc confugerint; Coloni quoque & agricola, quibus licitum esto, cum re culis suis aut ad pristina sua tuguria, magalia ac mapalia redire, aut in urbe, donec triennium hoc effluerit, secundum placitum suum commorari. VII.

E

Quo

Novemb  
Anno  
1645.

Quaecunque per Magistratum latae sententiae, de quibus in decenti termino appellatum non fuit, in vigore suo relinquerentur & in effectum re ipsa deducerentur: item quibusvis contractibus ac transactionibus pendente obsidione initis in omne tempus firmiter staretur. II X. Quaecunque communes, aut cum aliis personis conclusae rationes, salva atque ex omni parte nullo habito respectu validae essent. I X. Illis, quibus census aut alia à civitate debentur, ex annuis quoque Civitatis proventibus iusta fieret satisfactio, idque secundum tenorem literalium documentorum, sine ulla deductione de summa. X. Denique etiam quaecunque à Magistratu contracta debita ex iisdem Civitatis proventibus justè exolverentur. Transactum in Castris ante Hulstam, die 4. Novembris Anno 1645.

subscriptum erat

Henricus de Nassau, Princeps Auriacus.

infra verò stabat

H. Hese, & F. van den Burcht.

Describitur  
discessus Hispanorum  
ex urbe.

Citca decimam sequentis diei Praesidium in tali ordine ex urbe discessit. Praecedebant duo currus impedimentis onusti, mox totidem majora tormenta, quorum singulis 17, equierant iuncti, postea Catapulta una igniaria à 15, equis protrahata: subvehebantur alii currus septem impedi-

pedimentorum, proxima his erat legio Co-Novemb  
lonelli Mocronii, qui, quandoquidem Anno  
vulnere saucius erat, rheda vehebatur 1645.  
quadrijuga. Successit Legio Domini de la  
Moterie, item cui præerat alia Tribunus  
Gerardin. Post has 130. currus impedi-  
menta vehentes. Præfidiarii milites, quo-  
rum in initio obsidionis mille trecenti er-  
rant ad 461, restricti, deducebantur Ant-  
verpiam, Hulstanorum autem defunctus  
Gubernator Dominus de Hennyn, & Chi-  
liarcha de la Moterie, Gandavum se con-  
tulerunt. Repertæ sunt in civitate ma-  
chinæ ex metallo triginta sex, & Catapul-  
ta igniaria una seu mortarium, edulio-  
rum & annonæ ingens erat copia, item  
commeatum bellicorum in multum  
tempus sufficiens quantitas.

Urbe itaque Hollandorum præsidio *S. Andrea,*  
communita, vires in Sant-Andreanum & *Moerspy-*  
Moerspyam fortalitia magni momenti *a, fortali-*  
conversæ sunt, quorum illud Brederodius, *tia muni-*  
Campi-Marescallus, decimo Novembris *tissima,*  
victricibus armis, hoc autem Comes Gui- *quomodo*  
lielmus, Frisiz Administrator, magna qui- *per Hollan-*  
dem cum difficultate, & non sine confide- *dos op. &*  
tabili oppugnantium strage, conditioni- *expugnata*  
bus expugnavit, quinto decimo mensis *fuerint.*  
præsentis.

E 2

Quam

Novemb  
Anno  
1645.

*Gratitudo  
& triumphus  
Principis.*

Quam immensam victoriam, ne suis suorumve viribus acquisivisse videretur Princeps Auriacus, post solennem gratiarum actionem, quam Deo fieri jussit, die demum 16. Novembr. per universa Hollandorum castra, cum tormentorum fulminalium omnium tum sclopetorum displotione tergemina, ceu victor triumphavit.

*Comes à  
Trautmäsdorf  
ad diversas  
Imperii urbes  
appellens, ubi  
locorum  
magnificè  
& excipitur  
& tractatur.*

Dum hæc ad Hulstam felici cum successu geruntur, Comes à Trautmansdorf, de quo supra diximus, Lintzio interim adventus, urbem Ratisponam cum pilentis sejugibus tribus, quadrijugibus duobus, & uno impedimentorum curru lutei coloris panino, cui insignia Comitum & aurei velleris injecta erant, coperto, subintrat, quem Kalendis Novembr. Amplissimus civitatis illius Senatus currum avenæ, vini aliquot doliis & diversæ sortis piscibus liberaliter donavit. Illinc Noribergam transit, ubi cum 5. Novembr. circa vesperam appulisset, & per equestrem comitatum intra mœnia deductus fuisset, hospitium ipsi in ædibus Domini Agricolaë, quod foro equario adjacet, assignatum est, cæteris comitatum ipsius sequentibus gravissimæ auctoritatis viris in vicinia hospitantibus. Salvere autem ipsum Amplissimi Senatus nomine

ne jussert Deputati duo, qui porrò præ- Novemb  
 ter pisces, duo vasa vini & henani, dulcis vi- Anno  
 ni lagenas quatuor, pretiosissimum quo- 1645.  
 que calicem, addito lautissimo convivio,  
 ei obtulerunt. Noriberga Herbipolim ve-  
 nienti quid honoris ac benevolentiae ob-  
 latum sit, certi nihil refecere possumus. Il-  
 linc nono Novembris solvens, 12. ejus-  
 dem, intra 1. & 2. pomer. cum navibus ali-  
 quot ad Francofurtum appulit, antequam  
 verò per pontem illum deveheretur, ma-  
 chinæ per valla & præsidiariorum sclope-  
 ta gratulabundo murmure resonuerunt.  
 Ex navi in terram descendens per Amplis-  
 simi Senatus nostri Dominos Deputatos  
 salutatus est, porò que per portam vecturæ  
 destinatam, intra armatos cives ac milites  
 rheda à seiugibus nivei coloris tracta in ur-  
 bem in vectus magnificè in d. regie. Post  
 accepta igitur ab Amplissimo Senatu con-  
 sueta munera, quæ erant, vectura vini ge-  
 nerosissimi, (quod Comitem propterea  
 Monasterium deportasse secum aiunt:) a-  
 venæ currus unus, & id genus alia, sequen-  
 ti die Lunæ, intra primam & secundam  
 pomeridianam eodem vectus pilento se-  
 iugo, per eandem Mœni portam ad navem  
 recessit, qua conscensa, tormenta denuò  
 displosa sunt, iterque Hœchstam versus

Novemb  
Anno  
1648.

initum, ubi similiter tormentorum aliquot  
dispositionibus exceptus est. Ad decimum  
nonum Novembris, cum Bonna solvens  
circiter tertiam vesperis ad Coloniam ap-  
pelli fecisset, per sex civium ac militum li-  
gna, inter 15. tormentorum, diversarum-  
que machinarum Cameratarum applau-  
sus, in urbem introductus est. Triduo igitur  
apud Colonienses exacto, illinc Düs-  
feldorpium descendit, ubi cum ipsi à Prin-  
cipe Neoburgico omnia humanitatis be-  
nevolentiaq; officia oblata essent, itinere  
porro promotum, die tandem 30. Novem-  
bris Monasterium salvus ac incolumis per-  
venit.

*Melander  
in locum  
Gelenii sus-  
fectus, Cir-  
culi West-  
phalici Ge-  
neralis con-  
stituitur.*

Grassantibus tum temporis per Colo-  
niensium accolarumque agros Hassiacis,  
latèque omnia depopulantibus, Melander  
Hassiacarum copiarum superiori tempo-  
re summus Præfectus, in locum Gelenii  
nunc surrogatus, Circuli Westphalici De-  
fensor Generalis Cæsareo diplomate per  
Cursorum publicum allato declaratur, id  
quod ille Magistratui non tantum Colo-  
niensi significari fecit, sed & comite usus  
Blumenthalio, Commissario Generali, die  
28. Novembr. V.S. Bonnam profectus est,  
Serenissimo Electori juramentum præsti-  
turus, atque cum eodem de militum col-  
lectio-



lectione consultaturus, qua in re quid por- **Novemb**  
 rò futurum sit, suo infra loco indicabi- **Anno**  
 tur.

1645.

*Butzbacia**Hassiaci**intercipiunt.*

Sexto Novembris Hassiacorum mili-  
 tum manus, effracta per crepitaculum una  
 Butzbacensium portâ, oppidum istud per  
 vim occupavit, paucosque cives, qui ad ar-  
 ma convolaverât, incussis vulneribus mul-  
 tavit. Aiebant verò Hassiaci, Landgraviam  
 Principem suam Viduam ad occupatio-  
 nem huius loci invitata esse, quando qui-  
 dem ante aliquod tempus Chiliarchæ de  
 Sancto Andrea & copiis eius transitum ne-  
 gasset, ac præter hoc rei necessitas exegis-  
 set, ut, ceu locus à Corona Sueciæ Hassiacis  
 in Hassia superiore hospitiorum gratiâ af-  
 signatus, occuparetur. Sunt qui causam  
 hanc esse asserunt, quando quidem iam an-  
 tè convenerit, ut præsidium huius loci sin-  
 gulis annis permutaretur, id quod tamen  
 Celsissimus Hassiæ Landgravius Georgius  
 non attendisset, quin potius eiusmodi lo-  
 cum per incompetentiam quasi proprium  
 sibi vendicare quæsisisset, de qua re tamen  
 certi adhuc nihil constat.

Post firmatum 300. militum præsidio *Atq; Mar-*  
 Butzbacum Geysius, Vigilum Generalis *purgum*  
 Præfectus, reliquas copias Marpurgum *præter ar-*  
 traduxit, ad quam cum subsisteret, impera- *cem.*

E 4

taque

Novemb  
Anno  
1645.

taque deditioe, à Legato Willichio, qui urbi & arci simul præerat, ingratum nuncium referretur, 10. Novembr. suffossionum operibus institit, quo die & nocte universa civitas, & præsidarium commilitium, in armis excubans, Hassiacis, quantum fieri poterat, restitit, à proposito tamè abstertere depellere minus valuit. Sub diluculum globi quidam igniti in urbem immittebantur, quorum unus & alter non fuit sine effectu, suscitato inde domûs unius incendio facile extincto. Transitum hinc ad mœnium subversionem, quæ vis cum ad 12. Novembr. usque circa meridiem acerrimè continuaretur, atque in vico inferiore (uti appellant:) ruina muri sat ampla facta fuisset, territi ex hoc Consul & Senatorii ordinis viri, à Præfecto supplices petierunt, cum spes nulla se defendendi superesset, ne civitas militum direptionibus exponeretur, ut transactionem cum Hassiacis iniri permetteret, quod cum fieri aliter nequiret, prævia capitulatione Geysius urbem in deditioem accepit, Willichius autem cum militibus suis in arcem, quam brevi post Hassiacis consignare quoque debuit, secessit.

*Augusta*  
*Trevirorû*

Augustam quoque Trevirorum, ordinariam Archi-Episcoporum Principum Electo-

lectorum sedem, ingens circiter hæc affli-  
xit calamitas. Eidem enim cum 14 Nov. Novemb  
Campi Marecallus Turainius copias suas Anno  
admovisset, sequenti die certum quendam 1645.  
misit, qui civibus deditioem imperaret, per Gallos  
id quo d civibus tantum incussit terrorem, infestatur.  
ut quam viam rectius ingrederentur dubi-  
tarent. Subvenit autem subito huic malo  
Trevirensium Gubernator, Comes Au-  
vergnius, qui commodè obtulit, se urbem,  
auxiliantibus civibus, virtute militum suo-  
rum, quos 200 habebat, adversus Gallos  
facile defensurum, de quo ut apud prædi-  
ctum Turainium relatum est, urbem con-  
stituit per vim extremam oppugnare, quo  
fine, quas ex Villa Theonis per Mosellam  
navibus advehi mandaverat, quatuor ma-  
chinas tormentariis imponi aggeribus fe-  
cit, suffossionumque opera sedulo promo-  
veri iussit.

Accidit autem, ut inter eiusmodi tu Electo  
multus Archiepiscopus Elector Princeps Trevirensis  
in castra Gallorum veniret, atque incæ- bello com-  
ptis hostilitatibus finem faceret, præsidio posito in ur-  
Hispanico persuadens, ut ex urbe, non ex- bem intrat.  
pectato Gallorum furore, secederet, in  
quod quandoquidem facile consentiebat,  
20. huius ducenti numero, cum sarcinis  
atque impedimentis Luceburgum dedu-

**Novemb** Et sunt, Archiepiscopus autem cum 6. aut  
**Anno** 700. circiter armatorum signis, & ferè 50.  
**1645.** equitibus, in urbem undecim annis non  
 visam introiit, quem ponè secutus est Tu-  
 rainius, 2500. equitum robore obfirma-  
 tus. Posthac Archiepiscopum ferunt Ma-  
 gistratum illum, ceterosque civitatis illius  
 Primates, publicè convocari mandasse,  
 quibus perfidiam suam, quam anno 1635.  
 in ipso commiserant, amarulentis verbis  
 exprobravit, quæ cum undecennalis capti-  
 vitatis causa extiterit, media sibi modò  
 sufficientia ad manum esse, quibus levita-  
 tem ipsorum pro dignitate castigare pos-  
 set, nisi clementiam rigori prævertere ama-  
 ret. Cui & hoc accederet, quòd apud hunc  
 ipsum introitum, novam contraxerunt cul-  
 pam, non faventes sibi, quantum quidem  
 debuissent, undè restabilimentum hoc &  
 factam restitutionem non ipsis, sed armis  
 Gallicis sub prudenti directione Domini  
 Marecalli Turainii se debere, quam a-  
 gerrimam exprobrationem dictus Turai-  
 nius suismet auribus præsens audivit, undè  
 cives animis consternati & de castigatione  
 metuentes discessere. Perfecto igitur hoc  
 actu, Archiepiscopus & Princeps Elector,  
 claves civitatis eiusque custodiam memo-  
 rato Domino Campi-Marecallo obtulit,  
 quas

quas tamen ille accipere recusavit, respon- **Novemb**  
 dens, Eminentia<sup>e</sup> su<sup>a</sup> praesidium pro tem- **Anno**  
 pore sufficiens esse ad custodiendam ur- **1645.**  
 bem, de caetero nullum se de fidelitate ci-  
 vium dubitare, quid verò hac in re ulterius  
 faciendum sit, super hoc mandata ex aula  
 Parisiensi expectari debere. Desumpta est  
 hæc relatio ex literis, Augustæ Trevirorum  
 21. Novembr. ad nos perscriptis, quam id-  
 eò adungere voluimus, ut hæctenus relata  
 apud legentem majorem fidem acquire-  
 rent.

De progressibus Bavaricorum contra **Dunckel-**  
 Gallos alibi dictum est. Ii cum in hospitiiis **spilam &**  
 non nihilum respirassent, die 14. Nov. le- **Roteburgi**  
 gionum aliquot commilitum ad Dün- **Bavarici**  
 ckelspilam accessit, quam urbem postea **sui iterum**  
 quam suscitatis ante illam tenuissimis sal- **juris fa-**  
 tem quibusdam munitiunculis, ex tor- **ciunt.**  
 mentis leviter tantum oppugnasset, statim  
 18. postea praesidium Gallicum victas ob-  
 tendit manus, cum sarcinis atque impedi-  
 mentis, nec non armatura superiore infe-  
 rioreque Philippsburgum dimissum. Illinc  
 Geleenius Campi-Marescallus Officia-  
 rium ad Rotenburgenses amandavit, qui  
 Gallis inibi excubantibus deditionem in-  
 jungeret. Intelligentes igitur, Dunckelspi-  
 lam Bavaricorum viribus concessisse, non  
 tergi-

Novemb  
Anno

1645.

*Torstensohn-  
nius in Bo-  
hemia in-  
gentes pro-  
gressus fa-  
cit.*

tergiverfati sunt, quin potius iisdem qui-  
bus illi conditionibus dimissi, Philipps-  
burgum quoque discesserunt.

Torstensohnus, Campi-Marescallus  
Suecicus, posteaquam nobilissimos Bohe-  
miæ Principatus occupasset, eosque Coro-  
næ Sueciæ tributarios fecisset, ac non tan-  
tùm incredibilem argenti vim ex provin-  
ciis illis coegisset, sed & unica quidem  
vice plus centena frumenti modulo-  
rum millia Glogovium maius, & ad alias  
Silesiæ urbes transvehi fecisset, medio cir-  
citer Novembri, nemine tale quidquam  
cogitante, Jaromirio castra movit, præsi-  
dia (quas vulgò Salvaguardias appellant.)  
quæ Gitschinii, Scallæ & alibi per illam vici-  
niam habebat, immutavit, ac denique cum  
universo exercitu Trautenaviam versus ac  
Landshutum in Silesiam concessit. Die 24.  
Novembr. castra Landshuto ulterius pro-  
gressa sunt, in quo itinere ubi memoratus  
Torstensohnus 29. circa Greiffenstenium  
appulit, misso inter ipsum castrorum pro-  
gressum tympano tribâ petiit, ut salvum,  
quod dicunt, in arcem præsidium admitter-  
retur, nolentes autem, post violentam ex-  
tormentis & mortariis oppugnationem  
quarto demùm die ad obsequium redegit,  
vitæ & necis potestatem in expugnatos sibi  
refer-

reservans. Illinc copias suas Fridlandiæ ob- Novemb  
 jecit, quam arcem etsi firmissimam post Anno  
 breve negotium in deditioem accepit, 1645.  
 præsidium verò 200. militum Martis 9.  
 Decembris Königsgrázium deduci fecit,  
 arcemque suo milite communiit. Dehinc,  
 apertis quæ apud Gabelam præpeditæ fue-  
 rant, viis, universas copias per montana  
 versus Leipam Bohemorum traduxit, Ly-  
 tomericum, quæ hostes Albis transitu pro-  
 hibere commodè potest, interceptit, ac die  
 22. Decembr. sub noctem Wittenber-  
 gium, vigillum Præfectum Generalem, ter  
 mille equitum præsidio stipatum, ad Mel-  
 nicum usque, 4. duntaxat à Bohemorum  
 metropole, castris specularum dimisit, ob  
 quam hostium viciniam Pragæ omnia in  
 metu & armis.

Septimo Novembris per universum *Festū grā-*  
 Sueciæ regnum solennissimum gratiarum *tiarum a-*  
 actionis festum habebatur, idque ob pa *ctionis a-*  
 cem cum Danorum Rege tam dextrè com- *pucl Suecos*  
 positam, quo non tantùm Stocholmiæ, *ob pacem*  
 bique in arce regia, ac navibus in portu illo *cum Danis*  
 consistentibus, quæcunque machinæ ful- *restabilitā*  
 minales ac tormenta bellica festivis boati-  
 bus resonuerunt, sed & quotquot Danis in  
 diversis plis ac conflictib, ablata fuerāt, e  
 questria

Novemb questria & pedestria vexilla, Reginae obla-  
 Anno ta sunt.

1645. Tum quoque Regina Oxenstirnam,  
 Oxenstir- Sueciae regni Cancellarium, consideratis  
 na, regni multiplicibus ejus ac summis meritis, titu-  
 Sueciae Can- lo ac gradu Comitatus insignivit, eidemque  
 cellarius, in Smalandia integrum undecim parocia-  
 Comitatus ti- rum districtum, Sædermæter dictum, &  
 tulo in ve. quæ præterea ad Comitatus dignitatem  
 titur. pertinent, Jura ac Regalia in solenni & o-  
 ptima forma contulit.

Eorum, quæ præter hæc hactenus relata, di-  
 presenti versis in locis hoc mense acciderunt, sum-  
 mense di- mariam nunc relationem instituemus. Ka-  
 versis in lo- lendis Novembris, in quas, secundum sti-  
 cis accide- lum Gregorianum, Festum omnium San-  
 runt, sum- ctorum incidit, Eminentissimus Cardina-  
 maria nar- lis Mazarinius, electus apud Aquas Sextias  
 ratro. Archiepiscopus, in metropolitano ibi  
 templo possessionem consuetis cum sole-  
 nitatibus apprehendit. Tum quoque Mo-  
 guntinensium fori navigium, per triginta  
 sclopetarios infra Hœchstam oppidum di-  
 ceptum est, ac tres Hebræi ex illo abducti.  
 Duellianorum militum quædam cohors  
 infra Tubingam in tribunum Euschenrin-  
 gium, Friburgi in Brisgoia nuper Guber-  
 natorem, qui cum conjugæ suæ, & sex mili-  
 tum duntaxat præsidio, ad exercitum Ba-  
 varicum



varicum profecturus in itinere erat, inci- **Novemb**  
 dens, post levem congressum captivum **Anno**  
 tenuit, cum verò indulta vitæ gratiâ liber- **1645.**  
 tatem armis redimere præsumeret, occisus  
 est, lidem Duelliani Uberlingensium quod-  
 dam, fori quod appellant, navigium inva-  
 serunt, atque ex eo dimacharum quendam  
 Centurionem, Vicarium ex legione Ducis  
 Hulderici, Constantiensem mercatorem,  
 hospitem quoque sub scuto Coronæ, &  
 aulicum lanionem, utrosque Uberlingen-  
 ses, captivos Duellio intulerunt. Decimo  
 Novembris, Offenburgenses per Rhenum  
 trajecti, Gallicæ nationis Auditorem Ge-  
 neralem, & Regiminis regii apud Brisacen-  
 ses Consiliarium secretum, dum ex prædio  
 suo Manckelshemio illuc tenderet, inter-  
 cepit. Præterito mense Septembri Ham-  
 burgo Lubecam transportabantur, latæ  
 amplitudinis speculum ex chalybe, 2500.  
 Imperialibus æstimatum, candelabra duo  
 in argentata, & malluvium cum cantharo  
 artificiosissimè laboratum, centum trigin-  
 ta pondio argenti, munera, quibus Lube-  
 censium, Hamburgensium ac Bremen-  
 sium Respublicæ Sueciæ Reginam affe-  
 cturæ, atque ei publica voce noviter acce-  
 ptatæ administrationis successum felicem  
 gratulaturæ erant, Parisiis de 25. Nov. refe-  
 rebatur,

Novemb  
Anno  
1645.

rebat, Regis Poloniae Legatos praeterita  
septimana Regem Galliarum parvulo a-  
sturcone, seu tolutari equulo, pilis & colo-  
re tigridi per omnia simili, cum freno &  
ephippico pretiosissimo, more Turcico  
composito, acinaceque gemmis rarissimis  
ornato, donasse. Adhuc Duci Andegaven-  
si alium tolutarium atricoloris, ac com-  
pluribus aulae Parisiensis primatibus gene-  
rosos equos in dona celsisse, quos hi illos  
pretiosis gladiis ac aliis rarioribus dona-  
runt. Memoratus Dux Andegavensis per  
octiduum veste indutus Polonica incessit,  
atque in eadem depictus est, ex qua re Le-  
gatos maximam cepisse voluptatem perhi-  
bent. Mercurii 19.29. Novembr. in eadem  
urbe Parisiensi Baro de Madaillan, pro-  
pterea quod filiam ex se genitam incesta-  
verat, in publica area, quam Galli *de Greve*  
appellant, capite plexus est, filia, ut intra  
muros inclusa lenta morte extingueretur,  
damnata. Eo ipso tempore Dominus *le Jay*  
Majestatis Regis & praecipuis consilii re-  
gii Assessoribus, Biblia regia, (octo linguis,  
Hebraica, Graeca, Latina, pura-Samarita-  
na, Hebraeo-Samaritana, Chaldaica, Syria-  
ca & Arabica, conscripta, in quibus cum  
veteris tum novi foederis textus, ex vetu-  
stissimis manuscriptis, quae per universam  
Euro-

Europam & maximam Asiæ partem, ha- Novemb  
 beri poterant, collecti leguntur: ) obtulit, Anno  
 viginti annorum decemque voluminum 1645:  
 immensum opus; quorum exemplar u-  
 num integrum quingentis circiter Franci-  
 cis venum ireasserunt, in cuius nunquam  
 satis laudandi laboris compensationem di-  
 ctæ Majestates, præter Consilarii Regii ti-  
 tulum, annuam aliquot millium Corona-  
 torum pensionem Domino authori retri-  
 buerunt, typographum autem munere  
 non spernendo affici fecerunt. Septimo  
 Novembr. Gothæ varis moriebatur Dux  
 quidam Würtenbergicus octodecim an-  
 norum; donec humaretur Reinhartsbrun-  
 næ sepositus. Comitem Nassovium, Cæsa-  
 ris ad tractatus pacis Monasterii Legatum,  
 Hispaniarum Rex aurei velleris insignibus  
 donavit. Saxonix Elector cum prope Zo-  
 blizium venationibus se recrearet, decimo  
 octavo præsentis mensis portentosæ ma-  
 gnitudinis aquila confixa est, quam Ele-  
 ctore Dresdenæ postmodum depingi fecif-  
 se affirmant. Basileæ verò Jovis 13. 23. No-  
 vembr. militum tribunus, Wolmarus de  
 Rosis, quem alias *Furiosum* appellant, per  
 Widmarum, inter Rosianos dimachas vi-  
 gilum Præfectum, cui, nescimus qua de  
 causa, colaphum intregerat, gladio confo-  
 dieba-

Decemb. diebatur, ut illicò animam cum sanguinè  
Anno simul effunderet. Hæc de Novembri.

1645.

*Mardycei  
Hispani re-  
cipiunt.*

Initium Decembris desumamus à re-  
cuperatione munitissimæ fortalitiæ Mar-  
dycci per Hispanos facta, quæ talem in mo-  
dum accidit. Postquàm Comes Fuensal-  
danus 3. Decembr. quingentos equites  
in viciniam Grevelingæ ac Borburgi Dun-  
kerka emisisset, qui præsidia Gallica im-  
pedirent, quò minus deprædatum exire,  
dandamq; mox effectui impressionem im-  
pedire possent, ipse interim, assumptis in  
auxilium quingentis Hispanis, trecentis  
Germanis, cæteris verò Hybernis, copiis  
circiter mille quadringentorum militum,  
cum instrumentis variis, scalis, scaphis & id  
genus pluribus ad complendum eiusmodi  
incursum pertinentibus, directa via ad di-  
ctum fortalitium accessit, ante quod cum  
media circiter nocte palos muniminis lo-  
co ordine fixos dirui fecisset, pontesque  
fossæ immisisset, suos diversis septem  
locis vallum conscendere fecit, id quod et-  
iam feliciter adeò successit, ut loci huius  
(quem Gallos nono Sextilis non sine la-  
bore expugnasse pagina 132. præcedentis  
libri diximus) intra horulæ unius exitum  
potirentur, in quo repertum est id, quod  
subiungimus: viginti machinæ majores  
ex me-

*Rerum ini-  
bi repertarū  
consignatio.*

ex metallo fusæ, tormenta sex, quas vulgò Decemb:  
 dimidias Carthaunas appellamus, mille Anno  
 globi sex librarum, totidem alii grandio- 1645.  
 rum machinarum, tredecim vasa ignium  
 artificialium materiis variæ sortis repleta,  
 pilæ incendiariæ grandiores quadringen-  
 tæ, minores 2600. & inter illas 600.  
 quæ manu emittuntur, hastæ & bipennes  
 bis mille & centum, palæ & rutra sexcenta,  
 sclopetæ ducenta quinquaginta, catapultæ  
 equestres, quas Galli *Carabines* appellant,  
 septingentæ, pulveris igniarii pondo tricies  
 mille, globorum sclopetariorum pondo  
 15000. funiculorum incendiariorū pon-  
 do 16000. panis biscocti pondo 18000.  
 dolia farinæ plena mille ducenta, Casei  
 Hollandici integri septingenti, & lardi  
 vini que non temnenda annona: adhæc ar-  
 cæ aliquot medicamentis repletæ, merces  
 variæ sortis, supellectilia, item impedimen-  
 ta Cômendatoris (qui adversa valetudine  
 conflictatus præsens non erat:) cætero-  
 rumque Officiariorum ac militum, præda  
 in universum ducentis florenorum milli-  
 bus æstimata. Intercepti sunt in fortali-  
 tio, legatus unus, Capitanéi decem, gre-  
 garii 380. cum Hispani non nisi viginti mi-  
 litum jacturam passi perhibeantur.

Bavarici deinceps octavo Decembris S. Nagoltum;

F 2

N. Na

Decemb. N. Nagoltam, arcem non leviter munitam, prævia quinque articulorum capitulatione deditam expugnarunt, cuius præsidarii die Solis postmodum Stolhofium dimissi sunt.

Anno

1645.

arx, Bavaricis deditur.

Suecicorum in Bohemia expeditione.

Post interceptas munitissimas arces, Fridlandiam, Greiffensteinium, Polckenhainam & Lohnhusium, de quibus alibi diximus, Torstensohnus in Bohemiam suscepit expeditionem, ubi ad motis primum Lytomericis castris, communitam benè illam Albique flumini assidentem urbem post levem oppugnationem, imò sine ferè negotio interceptit, in qua præter cætera octies mille modulos frumenti (quos vulgò Strichas appellant, vini autem urnas octingentas reperit, quoniam loci illius Præfectus, Capitaneo-Vicarius, cum adjuncto commilitio, centum viginti equidem duntaxat militum, adventantibus regiis, in altram Albis ripam transfugerat, civesque, qui urbem defensuri in armis erant, fædè deseruerat. Dicitam urbem Suecici duabus legionibus, una equestri, altera dimacharum, communierunt, & non tantum hîc loci ingentem panis numerum pinsi cerevisiamque coqui mandarunt, sed & Raudnizio quingenta cerevisiæ plena dolia, quadragies mille integros

gros panes, butyri vas unum, gallinarum Decemb.  
 Schoccas octo, & boves duodecim extor- Anno  
 lerunt, ex Melnico annonæ præsentis di- 1645.  
 midiam quoq; partem abspportantes, quip-  
 pe monasterium Duzau, per eoldem pe-  
 nitus direptum est, ut ne à sepulchris qui-  
 dem abstineretur. Dimidio milliari à Ly-  
 tomerico Suecici per concretum frigore  
 Albim transierunt, illacque legiones cum  
 re tormentaria in districtum Sarzensem  
 traductæ sunt, Sueco-Torstensohnianus  
 autem exercitus cum castris intra Melni-  
 cum & Aussigium oppida subsistens fir-  
 missimam in confinibus Misniæ domum  
 Tetschen tormentis concutere quidem in-  
 cepit, ob immensum verò frigus intercipe-  
 re aut expugnare non valuit.

Die Lunæ 15. 25. Decembr. Sole ad  
 occasum vergente, Campi-Marescallus  
 Torstensohnus & Königsmarcus Locum-  
 tenens Generalis, postquam cum Wran-  
 gelio, Generali quoque Suecico, Eulen-  
 burgi præsentibus collocuti fuerant, Lipsiam  
 venerunt, in quam urbem Domini Tor-  
 stensohnii Excellentia ob immensum fri-  
 gus & podagricos dolores lectica invec-  
 ta est.

Dehinc exercitus Torstensohnianus illi,  
 quem Wrangelius dirigebat circa Lyto-  
 mevari-

**Decemb.**  
**Anno**  
**1645.**

mericum adjunxit, cui per Torstenonium Campi-Marescallum summum imperium oblatum est, qui propterea utriusque exercitus copias in circulum Satzensem traducens ibi & per Chomutoviensem Cadanensemque districtus hospitia sua indies dilatavit, cuius emissitiæ cohortes ad Pragam usque discurrentes, quibusvis Zateciensis, Elnboguiensis, atque Egrani Circulorum civitatibus imperarunt, ut intra biduum triduumve ingentem panis cocti annonam conferrent.

*Bruxa, arx  
munitissima,  
Suecis  
concedit.*

Wrangelius interim legiones pedestres Bruxæ, quæ munitissima arx est, admovit, quam cum ex duodecim majoribus tormentis ac mortariis duobus aliquantum infestasset, tertio demum die, comatus tormentarii penuria victam expugnavit, ibique ultra ter mille frumenti modulos, instructissimum vini penu, & alia, quæ accolæ eorum conservandorum gratia illuc comportaverant, reperit.

*Cæsarei  
Suecorum  
progressus  
interrum-  
pere sedulo  
laborant.*

Ad interrumpendos autem ejusmodi & magnos quidem Suecorum progressus à parte Cæsareorum nihil non actum fuit. Præterquam enim quod die Lunæ 8. 28. Decembr. arcem Schierouizam Comitis Slavatæ, supremi in aula Imperatoris Cancellarii, recipiebant, præsidiumque Pragense



genſe ( in quam urbem ne hoſtes aliquid Decemb.  
 tentaturi eſſent, ingens metus erat: ) ſex le- Anno  
 gionum introductione adauxerant, ex va- 1645.  
 riis Imperii locis milites in Bohemia con-  
 fluxere, & imprimis circa oppidum Bud-  
 vveis, quò die 15. Decembr. Sereniſſimus  
 Auſtriæ Archidux cum multis præcipuæ e-  
 xiſtimationis viris venerat, inter quos &  
 cæteros militiae Cæſareæ Generales, Comi-  
 tem Buchhemium, Fernemontium, Sara-  
 dezkyum ac alios plures, cum conſilium  
 bellicum habitum eſſet, exercitus porro  
 Cæſareus ( cujus res tormentaria plus 70.  
 grandioribus machinis conſtabat: ) in-  
 tra Pilsenam & Budvveis oppida caſtris  
 conſidere juſſus eſt. Ex illa vicinia memo-  
 ratus Dux Leopoldus Guilielmus & Hatis-  
 feldius Generalis Glatoviam conſeſſerunt,  
 quò itidem ut tranſgrederentur, omnes  
 copiæ, res item tormentaria, & quas Bohe-  
 morum metropoli Pragæ ( præter unicam  
 Wallenſtenii pedestrem: ) ſuprà immiſſas  
 retulimus, legiones in mandatis accepe-  
 runt, ut illo in agro militum recenſio inſti-  
 tueretur, Bavaricorumque vires ( qui in e-  
 exercitu ſuo armatorum octo millia, tor-  
 menta quatuordecim numerabant, & p r.  
 circa oppida Biſchofftheiniz, Raizium ac  
 Chamium ſubiſtebant: ) his adjunge-  
 rentur,

**Decemb.** rentur, id quod etiam paulò post ita fa-  
**Anno** ctum asserunt, numeratis in utroque exer-  
**1645.** citu conjunctim selectiorum armatorum  
 circiter viginti sex millibus, nec dubium  
 est, quin inter utrasque partes (quæ confi-  
 gendi inter se desiderio flagitare videban-  
 tur:) publico prælio jam diu concertatum  
 esset, nisi immensissimum frigus & præter  
 solitum profunda nix impedimento u-  
 trinque fuissent.

*Vigevanū  
 Hispani re-  
 cuperant.*

Belli statum in Italia quod concernit,  
 postquam Thomas Sabaudia Princeps In-  
 uream concessisset, commilitiumq; suum  
 apud Pedemontanos ac Montferratenses  
 hospitari fecisset, Mediolanensium Guber-  
 nator cum copiis, quas habebat, Hispani-  
 cis Vigevanum (cujus expugnationem per  
 Gallos factam alibi repræsentavimus:) de-  
 nuò obsedit, oppidoque facili cum ne-  
 gotio domito, ad casiri arcisve oppugna-  
 tionem se accinxit, cujus mœnia postquam  
 in ruinam concussisset, ac turres quatuor  
 angulares terra prostratæ jacerent, Galli  
 deditionem prævia transactione fecerunt,  
 die 6. 16. Januarii salvo præsidio postmo-  
 dum Casaleam deducti.

*Pontificis in  
 conciliandis  
 Principum*

Româ 15. 25. Novembr. perscribeba-  
 tur, Pontificem in reconciliandis Chri-  
 stianorum Principum animis p. t. fuisse vi-  
 gilant-

gilantissimum, proximoque Concilio pro-  
 posuisse, in animum se induxisse suum, ob  
 evidentissimum belli Turcici periculum  
 (qua itidem de causa Cardinalis Pallata in  
 mandatis accepit, ut amplissimum Mariæ  
 Loretanæ thesaurum ad tutta loca depor-  
 tari faceret: ) Nuntios ad quosvis Orbis  
 Christiani Proceres dimittere ac abligare,  
 tentaturum si unionem armorum inter i-  
 pso conficere stabilireque valeret, id  
 quod præsentibus Cardinalibus auditu  
 fuisset jucundissimum. Præter hæc solli-  
 citū inquisivisse, si penetrare posset cuius  
 bono totauii milliones ex Camera Apo-  
 stolica deportati cesserint, sub Pontifi-  
 catu Prædecessoris sui, & belli nuper con-  
 fecti tempore, unde Cardinali Sforziæ ne-  
 gotium datum esse, ut rationes desuper  
 conscriberet.

Decemb.

Anno

1645.

Christiano-  
rum animis  
vigilantia.

Interea Antonii Cardinalis, quem Roma  
 clanculum & non salutato Pontifice di-  
 scessisse innuimus, quæcunque bona re-  
 cognita sunt, quem & fratrem eius Car-  
 dinalem Franciscum, & Principem Præ-  
 fectum Tadæum, familia omnes Barbari-  
 na oriundos, Pontifex ad Cameram Apo-  
 stolicam citari fecit, Hispanique quoslibet  
 Antonii per regnum Neapolitanum redi-

Antonii

Cardinalis

Barbarini

bona reco-

gnoscuntur.

F. S.

tus

Decemb. tus annuos 42000. Coronatorum seque-  
Anno strarunt.

1645.

*Gallia Rex  
Domum  
Barbarinā  
apud Ponti-  
ficem de-  
fendit.*

De hoc autem contra Barbarinos pro-  
cessu Regiæ Majestates Gallia, ac Parle-  
mentum, literis ad Pontificem datis, ve-  
hementer conquestæ sunt, dictamque do-  
mum suam in protectionem faventissimè  
susceperunt, quibus à Pontifice respon-  
sum ferunt, se quidem in favorem causæ  
Barbarinorum nihil non acturum, si sal-  
tem justitiæ cursus non impediatur; quod  
etsi Gallia Corona jure armorum vindi-  
care intenderet, uti quidem eius nomine  
per Cardinalem Grimaldium commina-  
tio facta esset, ad causæ suæ bonitatem se  
confugere, fuitque ac benevolorum armis  
vim intentatam repellere debere.

*Jesuita eli-  
gendi Ge-  
neralis con-  
cilii Romæ cō-  
cilium fre-  
quentant.*

Romæ tūc Patres Jesuitæ de eligēdo novo  
Societatis suæ Generali concilium habue-  
runt, ex diversis mundi plagis magno nu-  
mero ibi confluentes, inter quos erat Pa-  
ter Eduardus Knorrius, natione Scotus,  
qui Anglico-Scotico-Hybernicorum Col-  
legiorum negotium commissum gerebat,  
atque in ea re non parum laboris sustine-  
bat: aiuntque inter illos, qui eligi debe-  
bant, unum fuisse Neapolitanum ex Do-  
mo Caraffarum, alterum ex familia Picco-  
lominæa, tertium natione Germanum ex  
Domo

Domo Ternbergica, postremum vero ex Decemb. familia Montmerantiana prognatum, qui Anno ob generis splendorem & inlignem peri- 1645. tiam in maxima apud omnes existimatione habebantur.

Mercurii 5. 15. Novemb. Helvetiorum *Helvetiorum* Legati tres Romam venerant, qui cum 25. *Legatos Pō-* per portam, quam *del popolo* appellant, so- *tifex Equi-* lenniter introducti essent, commissum- *tum auro-* que negotium apud Pontificem dexterri- *torum ti-* mē expediissent, præter aureos, quos acce- *tulo donat.* perant, torques, in ordinem quoq; torqua- torum Equitum ab eodem assumpti sunt, solennitatibus creationis die Lunæ 8. 18. Decembris peractis.

Venetis circiter hæc in conscribendo *Veneti in* milite acriter laborabatur, quæ Serenissima *colligendo* Respublica 22. & 23. Novembr. præter *milite stre-* præmissos, ter mille pedites, & cataphracta- *nuè desu-* rios equites trecentos, denuò in Candiam *dant.* transvehi fecit, quando quidem nuncia acceperat, Turcarum Imperatorem ingētes facere apparatus, ut maximi momenti insulam illam futuro anno penitus expugnare valeret. Tria Turcarum majora navigia, quæ com meatum tormentarium Canæ subvehere debebant, cum in mari Agæo, quod aliàs Archipelagum appellat, in conspectum

Decemb. Spectum triremium Venetarum venissent,  
 Anno per easdem oppugnatae sunt, quorum qui-  
 1648. dem vastissimo, cui nomen erat *Sultana*,  
 cum post acerrimum concursum potiren-  
 tur, praeter amplum commeatuū tormen-  
 tatorum proventum, quadringentos e-  
 quos, mille circiter lanizatos & viginti  
 quatuor machinas, inibi repererunt: reli-  
 qua duo autem fuga dilapsa Caneam ap-  
 pulerunt. E contra navis Venetorum a-  
 lia, quae 70. sclopetariis onusta, Candiam  
 petitura erat, cum per exortam in mari  
 tempestatem in portum Durazzanum  
 coniecta fuisset, Christiani ad unum o-  
 mnes Turcarum mancipia facti sunt.

*Dux Vene-  
 torum in  
 Generalis-  
 simum ter-  
 ra marique  
 constituitur.*

Mercurii sexto Decembr. N. S. Serenif-  
 simus Venetorum Dux in Consilio ma-  
 gno, quod appellant, mediantibus 819.  
 votorum suffragiis in Generalissimum ter-  
 ra marique constitutus fuit, qui licet vir ei-  
 fet plus octuaginta annos natus, promptis-  
 simè tamen gravissimam eiusmodi provin-  
 ciam humeris suis imponi permisit, publi-  
 cè confessus, nihil optatius aut in votis ma-  
 ius contingere sibi posse, quàm ut vitam &  
 sanguinem facultatesque suas pro patria  
 impendat: qua in eminentissima dignitate  
 cum confirmatus esset, quosvis continuo  
 apparatus fieri mandavit, ut post annum  
 statim

Statim noviter ingressum, consensu Seba- Decemb:  
 stiani Venierii ( quem Jacobus Augustus Anno  
 Thuanus Historiarum suarum libro 49. & 1645:  
 50. Venerium, Classis Venetæ Præfectum,  
 indigitat: ) primaria triremi, super qua ut  
 invictus Mavors pugnans, anno 1571.  
 Turcas cruentissimo prælio navali vicit,  
 veluti istud libro 50. Thuan. iam allegato  
 amplissime describitur, in Candiam descē-  
 deret, ex qua insula relatum fuerat, du-  
 centas circiter Turcicas Caluppas anno-  
 nam Caneensibus subvehentes, in mari  
 nigro tempestatibus disiectas fuisse, reli-  
 quas autem, quæ salvæ evaserant, in Vene-  
 torum manus incidisse, quippe & eorum  
 triemes Coniugem Bassæ Caneensium  
 Præfecti cum duobus filiis interceperunt,  
 is verò habitantibus quibusvis capillos &  
 barbas detonderi fecit, Venetiisque die 18.  
 28. Decembr. nocte tria præcipua navigia  
 in portu illo tempestatibus confRACTA peri-  
 erunt.

Apud Catalonienses Harcurtius Prorex *Catalonia*  
 præterlapso mense Novembri sex eiusdem *Status.*  
 nationis Nobiles, criminis læsæ Maiestatis  
 reos, laqueo suffocari fecit, inter alios au-  
 tem, qui in exercitu suo rem benè gesse-  
 rant, Officiarios, eorum Cataloniensium,  
 qui Hispaniarum Regi militant, bona dis-  
 tribuit,

Decemb. tribuit, cuius Locumtenens, Marchio de la  
Anno Trouffe, Hispanicam quãdam cohortem,  
1645. quæ sub 500. equitum præsidio; cum 800.  
mulis & 200 curribus, annonâ, commeatu  
tormentario, & sexaginta Regalium milli-  
bus onustis Leridam transgredi debebat,  
dissipavit, quos non occidit, unâ cum e-  
ius Præfecto, Gamba de legno, & octo aliis  
maiorum gentium Officiariis Balaquieræ  
captivos intulit.

Marchio  
Leganesius  
Portugalliã  
affligit.

Similiter Marchio Leganesius, militiæ  
Hispanicæ in Portugalliæ confinib. Gene-  
ralis, & Mediolanensium nuper Guberna-  
tor, postquam cum decies mille armatorũ  
pedestri, ter mille autem hominũ equestri  
exercitu in Portugalliam, contra omnium  
opinionem irruisset, diversis inibi oppidis  
potitus est, eademque diripuit, ob quem  
successum Lisabonensis ac Ebornensis po-  
pulus libertatem, & ut Rex Philippus vi-  
veret, conclamavit, vectigalium tributo-  
rumve Directorem eiusq; Officiarios tru-  
cidavit, undè Rex Portugalliæ seditionis  
metu correptus ad Castellum Belen, uno  
ab urbe Lisabona milliari transfugit.

Res in An-  
glia gesta.

Decimoquinto Novembris Londini  
Anglorum celebrabatur festum anniver-  
sarium, ob detectam proditionem, quã  
constitutum fuerat. Parliamentum per  
sub-



subjectū occulto quodam loco pulverē in Decemb.  
 aerem excutere atque ita dissolvere, cuius Anno  
 solennitates ut eò essent majores, machinæ 1645.  
 fulminales displosæ sunt, festivique ignes  
 per plateas undique accensi. Eo ipso die  
 Parlamento nuncium ferebatur, Genera-  
 lem vigillum Præfectum Poinctium Schel-  
 fortum, domum benè munitam haud  
 procul à Neovareo interceptisse, cuius con-  
 firmatio postero die secuta est, literis as-  
 ferentibus, dictum Castellum vi expugna-  
 tum esse, Præfectumque eius, Baronem  
 Stauhopium, cum triginta Officiariis capti-  
 vum retentum. Adhæc ex castris ante  
 Chestriam referebatur, obsessos suburbia  
 ignibus exurere attentasse. Die 29. No-  
 vembr. memoratus vigillum Generalis  
 Præfectus Sedenham Poinctius militem  
 suum ante Castellum Belvoram produxit,  
 volebatque ut locus sibi dederetur, cui re-  
 spondit Gubernator, Gervasius Lucas,  
 Castellum à Regia sua Majestate non ideò  
 suæ concreditum fidei esse, ut rebellibus  
 illud traderet, sed ut contra ipsorum assul-  
 tus potius defenderet, id quod etiam us-  
 que ad ultimum vitæ halitum fideliter præ-  
 stiturus esset: quo superbo responso irritati  
 Parlamentarii, munitiones exteriores in  
 quatuor diversis locis adorti sunt, easque  
 post

Decemb. post acerrimam unius horæ oppugnatio-  
 Anno nem interceperunt, de castelli autem ipsi-  
 1645. us expugnatione cum adhuc certi ni-  
 hil habeamus, forsitan in sequenti libro de  
 hac referendi occasio incidet, in quem et-  
 iam cætera Anglorum gesta reservamus.

Denique hoc mense Decembri è vivis  
 excesserunt, quod scimus, Argentorati 4.  
 Kanoffskyus, militum tribunus Suecicus,  
 & Friburgensium in Brisgoia superiori tem-  
 pore Gubernator. Don Cantelmus, mi-  
 litia Regio-Hispanicæ per Cataloniam  
 quondam Generalis, die 6. Decembr. Al-  
 conieræ in Hispania. Adhæc Coronæ e-  
 iusdem Legatus Arassius Genuæ, nec non  
 29. Decembr. Toleti, Eminentissimus E.  
 R. Cardinalis Borgia, Archiepiscopus To-  
 letanus, qui paulò antè Pontifici ornamen-  
 ta quædam Ecclesiastica pretiosissima, ni-  
 mirum crucem, candelabra sex, calicem,  
 patenam, ampollinam ac phialam, ex soli-  
 do auro omnia confecta, præsentari fece-  
 rat.

*Armanien-  
 tarium Ve-  
 necum ignè  
 concipit.*

Anni noviter ingredientis initium, me-  
 dium item ac finem, Lector benevole, tibi  
 apprecamur felicissimum, qui nobiscum  
 immensam ac ineffabilem Dei Opt. Max.  
 clementiam implorare non desistes, ut  
 post tam varias variisque modis incussas af-

flictio-

fictiones alma demùm ac aurea pace pa-  
triam nostram refocillare non dedignetur. Januar.  
Mulum autem infausto sidere Veneto- Anno  
rum Reipublicæ præsentis anni illuxit ini- 1646.  
tium, dùm secundo statim Januario, &  
quidem noctu, armamentarium illud i-  
gnem concepit, undè cùm tumultus signa  
campanis undique darentur, intra qua-  
drantis horulæ spatium ultra sex hominum  
millia in area Sancti Marci confluxêre, ur-  
be in apertissimo everfionis periculo con-  
stituta. Accidit autem per Dei gratiam, cùm  
nemo non ad extinguendum promptus  
accurreret, ut brevi post incendium sopi-  
retur, damno, quod inde contractum est,  
cum sex scutatorum millibus collato. Ve-  
netorum Duci Francisco Erizzo, & p. r.  
terra marique supremo Directori, aliud  
persuaderi non poterat, quin proditio  
in propinquo esset, cuius etiam rei non  
levis aderat suspicio, quando quidem Ve-  
netorum Legatus Constantinopole per-  
scripserat, Turcas apertè dicere, se conii-  
ciendi clanculùm in armamentarium Ve-  
netum ignis occasionem brevi nactu-  
ros. Galli quoque, qui tum temporis Ve-  
netiiserant, non in tenui versabantur peri-  
culo, quippe eorum malevoli publicè  
clamabant, ipsos præsentium cum Tur-

Januar.  
Anno  
1646.

ca motuum unicam causam existere ac fo-  
mitem. Incendii autem exitus postmo-  
dum demonstravit, ignem hūc non aliun-  
dē nisi per incuriam fabrorum lignario-  
rum (inter quos quidam Galli e-  
rant:) suscitatum erupisse, qui ob immen-  
sum, quod erat, frigus, carbones incende-  
rant, unde occulta quædam trabs ignem  
concipiens tanti postmodum incendii cau-  
sa extitit.

*Dux Vene-  
torum mo-  
ritur Vene-  
tiis: cuius  
in locū Do-  
minus Io-  
hannes Ca-  
pello suffi-  
tur Genera-  
lissimus.*

Altera quæ Rempublicam Venetam p-  
t. afflixit calamitas, pientissimi Ducis  
mors erat, qui Mercurii tertio Ianuarii,  
cū iam octuagesimum tertium annum  
ageret, absque conditis testamenti tabulis  
ē vivis excessit, in cuius locum suffectus est  
Generalissimus, Dominus Ioannes Capel-  
lo, Nobilis Venetus magnanimus ac leve-  
rus, septuagesimo secundo ætatis suæ an-  
no, qui in initio statim susceptæ admini-  
strationis lege cavuit, ut in posterum nemo  
extraneorum in armamentarium ibi labo-  
raturus admitteretur.

*Franciscus  
Molino in  
novum Ve-  
netorū Du-  
cem eligi-  
tur.*

Die 6. 16. Ianuarii postmodum apud  
eandem Rempublicam Nobilissimus Do-  
minus, Franciscus Molino, 71. annorum  
vir, in novum Ducem electus est, quem  
ubi sequenti die Saturni talem publicè pro-  
clamaverūt, porrò ex domicilio ipsius pri-  
vato

vato in palatium deduxere, ubi consuetis *Januar.*  
 cum solennitatibus ac cæremoniis corona- *Anno*  
 tus, deinceps sumpto prandio in aula ma- *1646.*  
 jori confecto in hunc actum solio sive  
 throno impositus, ac non solum à veteri-  
 oribus senatoribus universaque Nobilita-  
 te salvere jussus, sed & ab ipso populo  
 cum jubilo applausum est. Post hoc præ-  
 ludium cum die Solis Ducali indutus or-  
 natu in templum Sancti Marci deducere-  
 tur, ibidemque habita prius oratione an-  
 te summum altare collocatus fuisset, jura-  
 mentum consuetum præstitit, quo facto  
 auream argenteamque monetam, in qua  
 effigies ipsius extabat, in confluentem po-  
 pulum dispersit, atque ita triduum inte-  
 grum festivitati datum est, machinis in  
 publicæ lætitiæ contestationem per valla  
 exoneratis, ignibusque triumphalibus per  
 plateas incensis.

Partium Suecicarum Tribunus Reich- *Comes Pal-*  
 waldus, cum 7. aut 800. equitum satelli- *vius, cum*  
 tio munitus ex castris (quæ pro tempore *legione sua*  
 intra Cadanam & Chomutoviam oppida *Croatarum*  
 disposita stabant:) in Silesiam inferiorem *à Suecis op-*  
 cõcessurus esset, in itinere autem explora- *primitur.*  
 tum accepisset, Comitem Palvium, Colo-  
 nellum Cæsareum cum adjuncta Croata-  
 rum legione in vico Besing confidere, col-  
 lecto

Januar.  
Anno  
1646.

lecto ex Lytomerici, Gassenstenii, Scallæ ac vicinorum plurium locorum præsiidiis valido commilitio; die Mercurii 14. 24. Ian. tertia ante diem hora in dictum pagum irruit, quem cum Reichwaldiani diversis in locis incendissent, legionemque illam subito oppressissent, præter complures occisos, & trecentos amplius interceptos, ipsum etiam Comitem captivum abduxerunt, cuius vigilum summus Præfectus in equo quidem ephippio nudato, & pauci velitares alii fuga dilapsi sunt.

*Ludershemius, Legatus Casareus interceptus.*

lis ipsis diebus Ludershemius, primarius in militia Cæsarea Legatus, 70. aut 80. equites, quos ex dimissis Daniæ Regis legionibus collegerat, ad castra Cæsarea traducere cogitabat, per Königsmarcianorum autem equitum quandam cohortem in itinere prope Hanoveram oppressus est; ex cuius commilitio cum decem equites occisi essent, ipse denique Ludershemius & reliqui omnes commilitones in Königsmarcianorum potestatem venerunt; quos 22. Ian. Boxtehudam deductos accepimus.

*Mortaignius Generalis inter Suecos Locumtenens*

E contra die Jovis 29. Jan. horâ circiter nonâ antemeridiana, equites quidam ex præsidio Egrano Generalem in exercitu Suecico Locumtenentem Mortaignium, cum

cum Cadanâ, ubi pro tempore Sueci cum Januar.  
 castris confidebant, cum multis magni Anno  
 momenti literis Lipsiam transgressurus es- 1646.  
 set, propè oppidulum Bornam, tribus dun- in Casareo-  
 taxat à Lipsia milliaribus, quando- rum manus  
 quidem præsidium suum 150. equitum captivus  
 pone dictam Bornam reliquerat, appre- incidit.  
 henderunt, captivumque Egram deduxe-  
 runt. Multas verò apud utriusque partis  
 exercitus causabatur mutationes hæc Mor-  
 taignii interceptio: Sueci enim quampri-  
 mum de hac cognoverant, sublatis illicò  
 castris, & unicâ arce Bruxia, quam præsidio  
 munierant, post se relicta, per transitum  
 Bresniziensem iter fecerunt, atque ita  
 Bohemiâ omninò egressi sunt. Serenissi-  
 mus quoq; Archidux cum conjunctis Cæ-  
 sareorum Bavaricorumque castris ad E-  
 gram & ultra concessit, ut hostibus in Pala-  
 tinatum superiorem irruere molientibus  
 commodius occurri posset, de cujus rei suc-  
 cessu in sequenti libro pluribus agemus.

De expugnatione Marpurgi alibi rela- Arce Mar-  
 tum extat. Post ejus interceptionem ita- purgensem  
 que Hassiaci adjunctam arcem per aliquot Hassiaci ad  
 septimanas circumfederunt, tormento- deditionem  
 rumque concussionibus non leviter ali- compellunt.  
 quoties oppugnarunt, quam nihilominùs  
 Hassiaco-Darmstadinus Præfectus, Chri-  
 stianus

Januar.  
Anno  
1646.

stianus Willichius, cum adjuncto præsidio, hætenus fortiter defendit. Die Mercurii 7. 17. Jan. cum obsidentes sedecim machinas grandiores, inter quas tria mortaria erant, in munitiones suas advehi fecissent, sequentibus mox diebus Jovis ac Veneris ex iisdem arcem vehementissimè concusserunt, quem furorem cum proximo die Saturni 10. 20. vehementiùs continuarent, in extremo demum ac primario arcis muro, quæ Viridarium in conspectu sedet, duplex ruina aperta est, quam tamen obsessi ea nocte firmissimè obstruxerunt.

Ad diem 14. 24. nostri mensis, Marpurgenesium aix memorata per sex tormenta majora, octo Falconetas, & tria mortaria, quæ in duobus aggeribus disposita stabant, quorum unus super Viridario, alter prope illum locum, quem vulgò *den Rens. Hoff* appellant, sedit, denuò infestata est, nec eo integro die ab oppugnatione cessatum, cum simul ad irruendum milites in ordinem aciemque collocarentur, cui retundendo furori quoniam vires suas minus sufficientes cognoscebat Præfectus, 15. 25. Januar. cum obsidentibus in Capitulationem octo conditionibus inclusam transcendit, secundum cujus tenorem sequenti post die præsidium 120. militum, cum sarcinis  
atque



atque impedimentis, vexillis expansis, ar-  
 maturaque cum superiore tum inferiore  
 ex arce discessit, illincque per Hassiacos  
 Giessenam traductum est.

Januar.  
 Anno  
 1646.

Quandoquidem autem saepius addu-  
 ctam arcem intrinsecus abscissorum ope-  
 rum munitionibus probe obfirmatam, &  
 cum annonæ tum commeatus tormentarii  
 in multum tempus sufficientem copiam  
 superfuisse perhibent, undè Hassiacorum  
 insultus interrumpi aut penitus sisti, obse-  
 sique locum facile eousque conservare po-  
 tuissent, donec à Principe subsidia adven-  
 tassent, propterea ob arcem adeò leviter  
 deditam Celsissimus Hassiæ Landgravius  
 memoratum Præfectum Willichium Gief-  
 senæ arresto primùm constringi mandavit,  
 paucis autem post diebus, consilio bellico  
 ita judicante, unà cum alio quodam ejus  
 Officiario minore capite plecti fecit.

*Ejus Præfe-  
 ctus Chri-  
 stianus  
 Willichius,  
 capite ple-  
 ctitur Gief-  
 sa.*

Arce itaque Marpurgensi, ceu diximus,  
 in deditioem accepta, Geysius cum co-  
 piis ad Blanckenstenium accessit, ejusque  
 Domus post bidui oppugnationem poti-  
 tus est, id quod cum arce Rauschenberg  
 quoque accidit, quæ non nisi unius dunta-  
 xat diei impetum sustinuit, altera autem  
 Hassiacorum dedititia facta est, cujus quin-

*Blancken-  
 stenium  
 succumbit,  
 & Rau-  
 schenbergæ,  
 arces.*

**Januar.****Anno****1646.***Dominus**de la Toul-**lerie, Regis**Galliarum**Legatus à**Regina Sue-**cia regie**donatur.*

quaginta præfidiarii similiter Giessenam traducti sunt.

Die 27. Januarii, postquam primarius Regis Galliarum Legatus, Dominus de la Toullerie, apud Reginam Sueciæ in aula Stocholmiensi vale dixisset, ab eadem regiè donatus est: nam præter aureum mille Ducatorum torquem, cinelium item duodecies mille Imperialium valorem superans, ac quingentas cupri libras nauticas, quæ 26000 Imperialibus quoque æstimantur, duodecim insuper præcipui ejus comitatus ministri, singuli auream quoque catenam cum appensa Reginae effigie in donum acceperunt; post quem amplissimum favorem, ultimo demùm Januarii Stocholmiã discessit, quod itidem ne absque regiæ benevolentia & summa in Christianissimum Galliarum Regem, Reginamque pietatis contestatione fieret, cives in armis comparere iubebantur.

*Antonius**Cardinalis**Romam**venit.*

Sexto die mensis præsentis ubi S. R. E. Cardinalis Antonius Barbarinus propè Parisios appulerat, ipsius Regis carpento in urbem introductus perhibetur, atque apud Cardinalem Mazarinium hospitio exceptus, qui sequentibus mox diebus quosvis regii sanguinis Principes Principissaque visitavit, cui Domui Regia Sua Majestas in

com-

compensationem reddituum à Pontifice Januar.  
 moderno interceptorum, septuagies mille Anno  
 Coronatorum annum censum Ecclesia- 1646.  
 sticum, quo defunctus Cardinalis Infans  
 antehac in Lotharingia ac Flandria frueba-  
 tur, tribuit.

Tum temporis quoque apud Parisien- *Ducissa de*  
 ses masculum Principem ac primogenitum *Longuevil-*  
 felici partu enixa est *le Principem*  
 le, unde Ducem, eius conjugem, Gallia- *masculum*  
 rum ad tractatus pacis primarium Lega- *enititur*  
 tum, tantum lætitiæ concepisse scribunt, *Parisii.*  
 ut propterea solennes choreas institui fe-  
 stivosque ignes accendi, & inter populum  
 vini Francici aliquot dolia distribui face-  
 ret, cui etiam, quotquot præsentis ade-  
 rant, Cæsaris, Regum, Principumque Le-  
 gati, ac Deputati cæteri, de tam felici par-  
 tu congratulati sunt.

Rerum hoc mense Romæ ac alibi per *Rerum hoc*  
 Italiam gestarum hic succinctam descri- *mense Ro-*  
 ptionem instituemus. Præterito Decem- *ma ac alibi*  
 bri terræmotus per Tusciam in diversis lo- *per Italiam*  
 cis non paucas habitantium domus con- *gestarum*  
 cussi in oppido autem Monte-Pultiano *succincta*  
 templum metropolitanum, evertit. *descriptio*  
 In-  
 eunte Ianuario Cardinalis Grimaldus  
 Põtificem Regis Galliarum nomine com-  
 pellans ab eo petiit, ut Cardinali Antonio

Januar.  
Anno  
1646.

ademptas dignitates restitueret, atque in-  
junctas expensarum bellicarum rationes,  
à quibus hanc Domum defunctus Papa  
Urbanus IIX. per apocham absolvisset,  
revocaret, sin minus, Regem Galliā Barba-  
rinos armis pro legere cogitare; cui Pon-  
tificem idem quod supra diximus re-  
sponsum dedisse asserunt. Sexto Janua-  
rii Pater Don Vincentius Caraffa, Neapo-  
litanus, in Patrum Societatis Jesu Genera-  
lem electus est, Pontifex autem tres Cam-  
pi Magistros, quos vocant, constituit, qui  
Statum Ecclesiasticum à piratarum in-  
curtionibus salvum redderent. Inter Se-  
renissimum Principem Ferdinandum Ca-  
rolum Inspruccensem, & magni Hetru-  
scorum Ducis sororem, Annam Principis-  
sam ex familia Medicæa, matrimonii Con-  
tractus conficiebatur decimo quinto Ia-  
nuarii, Barone Moro sponsaliorum cære-  
monias peragente. Sequenti decimo  
quinto, Cardinalis Franciscus Barbarinus,  
frater ipsius Princeps Tadeus, eiusque li-  
beri, filii duo ac una filia, vilibus admo-  
dum vestibus induti, circa noctem Roma  
digressi sunt, illincque equestri itinere ad  
oppidum Palo usque provecti, per mare  
porro in Gallorum quædam prope Piom-  
binum subsistentia navigia furtim adeò  
con-

confugerunt, ut non nisi inter ipsum na-  
 vium conscensum, per piscatorem quen-  
 dam cognoscerentur, qui fugam hanc  
 postea Pontifici Romam retulit. Decimo  
 nono Januarii Dux d' Arcos, Neapolitano-  
 rum, novus Prorex, eiusque Coniux ac filii,  
 cum splendido trecentarum personarum  
 comitatu, Romam venerunt, quos cum  
 Pontifex in palatio suo, quod est in Vati-  
 cano, hospitio excepisset, sequenti die Lu-  
 nae epulis, quas quam regiis tractavit, eisq;  
 ceu ipsi Hispaniarum Regi, omnia huma-  
 nitatis benevolentiaeque officia obtulit. Et  
 ut paucis omnia dicam, quantum honoris  
 in novum hunc Proregem transierit, ex se-  
 quenti relatione Italica vigesimo mensis  
 praesentis Romae ad nos perscripta collige-  
 re est, quae inter caetera ita refert: *Hieri sera  
 gionse quà da Civittau. a il Signor Duca d'  
 Arcos, novo Vice- Rè di Napoli, con bellissimo  
 incontro di Carozze da compagna, mandate  
 da Signori Cardinali, & Ambasciadori de  
 Prencipi: & subito ardò à smontare nell' ap-  
 portamèto preparotogli nel palazzo Vaticano,  
 done viene servito della famiglia Palatina, &  
 spesato con ogni magnificenza in nome di No-  
 stro Signore, sendo stata sua Eccca. incontrata  
 fuori della città d' alcuni Cardinali, che gli  
 diedero la benvenuta, e l' istessa sera fù à bac-  
 ciare*

Januar.  
Anno  
1646.

ciare il piede à sua Beane, dalla quale fù accolto con dimostratione di molto affetto. La S.<sup>ta</sup> Duchessa d' Arcos V. Reg.<sup>a</sup> fù anco essa incontrata da una mano di Dame Principali, che la conduceffero ad alloggiare nel palazzo di Cerim Borgo vecchio, dove viene similmente sua Esc.<sup>a</sup> con tutta la sua Comitina alloggiata, e servita dalla famiglia Palatina. Et in alia hanc sequente de 27. Januar. ita scribitur: Lunedì matt.<sup>a</sup> N. Signore banchettò regiamente li Signori Duca & Duchessa d' Arcos, novo V. Re di Napoli, insieme con suoi figliuoli, mangiando l' Eccellenze loro in un tavolino separato, & posto alquanto più basso della mensa, alla quale sedeva Sua Beane. Mercoledì il Signor Cardinale Pamfilio parimente diede un lautissimo desinare à dette Eccellenze. Giovedì poi le medesime Ecc.<sup>ze</sup> partirono di quà verso Frascati, per vedere quelle delitiose ville, e doppo seguirono il loro viaggio alla volta di Napoli, havendo Sua Santità ordinato, che siano spesate anco regiamente per tutti gli luoghi dello Stato Ecclesiastico, andandosene tutte sodisfattissime degli honori & accoglienze ricevute in questa corte, e in specie delli doni riportati da Sua Santità di quadri d' eccellentissima pittura, ornamenti d' argento, oro & gemme, Corone di pietre pretiose, reliquiary, & altre cose di devotione, &c.

&c. Antequam verò memoratus Prorex Januar.  
ex aula Pontificis discedebat, Dominum Anno  
Girlandari, palatii Apostolici Magistrum, 1646  
aureo torque pretiosissimis Adamantibus  
distincto donavit, inter familiam autem  
Palatinam pecunię multum distribuit, quo  
facto, iter suum Frascatam versus insti-  
tuit, illinc porrò Neapolim suam petitu-  
rus.

Ad Belli Turcici statum quod attinet, *Belli Turci-  
ci status.*  
eius componendi causa Christianissimus  
Gallarum Rex Legatum Constantinopo-  
lim misit, qui Turcarum Imperatori di-  
versa restabiliendæ pacis media propone-  
ret, cui tamen superbissimè à Tyranno il-  
lo responsum fuisse ferunt, nisi Candia re-  
gnum, propugnaculum Corfu, quod alias  
Corcyra dicitur, & auri milliones duo sibi  
consignarentur, de hac re tractari nihil  
posse, sin minus, armatorum ducenta mil-  
lia in agmina quatuor divisa se in procinctu  
habere, quorum adminiculo in orbe Chri-  
stiano illud acquirere valeret. Cogno-  
scentes igitur Veneti hunc magni Turcæ  
animum ubivis locorum necessarios facie-  
bant apparatus, qui ut feliùs succederent,  
omne argentum non ex privatorum tan-  
tummodò ædibus, sed & ex ipsis templis  
vasa divino cultui destinata, ad officinas  
Eone-

Februar.  
Anno  
1646.

Ex Evan-  
gelio D Io  
annis cap. 1.  
v. 6.

Regina Po-  
lonia in ur-  
bem Geda-  
num intro-  
iit.

monetarias transtulerunt, monetam ge-  
rendo bello Turcico curari. Et quando-  
quidem apud eandem Rempubliam non  
exigua spes erat, quin Generalissimus no-  
viter in locum Ducis surrogatus, Dominus  
Capello, provinciæ suæ heroicè præfutu-  
rus foret, talesque res gesturas esset, quæ  
toti mundo innotescere potuerint, effigiei  
ipsius indè tale elogium superinscribi  
mandarunt: *Fuit homo missus à Deo, cui  
nomen erat Ioannes, idque ex ea ratione,  
quod nomine Ioannes vocabatur.*

Regis Poloniæ novam Sponsam, 27.  
Novembr. Parisiis regia cum pompa de-  
ductam, hoc loco in urbem Gedanum  
concomitabimur, cuius introitus, qui fuit  
solennissimus, in sequentibus cæremonis  
consistit. Postquàm Regia sua Majestas  
die 1. 11. Febr. circiter quartam pomeri-  
dianam, regio planè pilento, & cum ipsa  
Domina Marescalla de Guebriant, aulæ  
Magistra, vecta, cuius exterior pars vio-  
laci coloris serico obducta argenteisque  
fimbriis ornata, interior autem panno au-  
reo sive Attalico, aliisque pretiosissimis  
rebus amicta erat, regioque induta coloris  
argentei vestitu, ad Gedanum appulisset,  
amplissimi eius Civitatis Senatus nomine,  
intra fixorum palorum ordinem & por-  
tam,



tam, quam vocant, altam, per Dominum Februar.  
Fabricium, Syndicum Gedanensem, Ro- Anno  
mana lingua salvere iussa est, cui in eadem 1646.  
primarius Regis Galliarum Legatus, Do-  
minus Episcopus Arausionensis, multa  
cum affabilitate illicò respondit. Hoc fa-  
cto, Senatus ante rhedam regiam præ-  
cedens, Majestatem suam ad hospitium  
usque, quod in hanc rem præparatum fue-  
rat, deduxit, sequentibus mox Poloniæ  
regni Senatoribus, Officiariis, Nobilibus  
ac aliis aulæ Polonicæ Proceribus, qui o-  
mnes equis invehebantur, auro, argento  
& gemmis ad admirationem radiantes.  
His proximè subvehebantur Gallica Po-  
lonicaque gynecæa, curribus triginta se-  
ptem sejugibus, præter illos, qui incredibi-  
li numero eo ipso die ac paucis illum præ-  
cedentibus in urbem intraverant, quod  
gynecæum ob pretiosissimas vestes omni-  
um spectatorum oculos in se convertit.  
Hanc familiam sequebatur præsidium re-  
gium, quod partim sclopetariis, hastatis,  
dimachis atque equitibus constabat, quo-  
rum alii cærulei & lutei, alii rubei niveique  
coloris vestibus induti erant, numero cir-  
citer septingenti aut octingenti ad sum-  
mum. Horum vestigia legit Civitas Geda-  
nensis in tres turmas divisa, quorum lanio-  
nes

Februar.  
Anno  
1646.

nes cataphractis conspicui erant : iuvenes  
autem circiter 350. numero, singuli palu-  
damenta nigra gerebant argenteis fimbriis  
circundata, equorum phaleræ autem ni-  
gra, & quæ alias ex ferro fieri solent, in ar-  
gentata iucundum intuentibus aspectum  
præbebant, unde & Regiam Suam Maie-  
statem maximam hinc voluptatem conce-  
pisse referunt. Sub ipsum introitum per  
valla Civitatis septuaginta duo tormenta  
displodebantur, intra mœnia autem extru-  
cti stabant arcus triumphales tres, in quos  
plus 24000. florenorum milia impensa  
sunt, quorum toreumata, picturas & em-  
blemata hic singulatim describere longum  
foret, maximè verò illius, qui prope Cu-  
riam exædificatus fuerat, cuius machina  
tam erat vasta atque magnifica, ut per uni-  
versam Borussia ac Poloniae regnum ei  
similem nunquam visum esse Poloni te-  
stentur. Sequenti die Magistratus Geda-  
nensis Regiam sponsam & universam au-  
lam regiis epulis publicè tractavit, ubi hi-  
laritati indultum est usque ad nonam ve-  
peris, quibus incredibilis Procerum Au-  
licorum Nobiliumque Polonorum nume-  
rus interfuit, cum interea singulis eorum  
edulia, carnes, ferina, vinum, cerevisia, fœ-  
num ac avena ( quantum cuiusque fami-  
liæ ac

lia ac equis sufficiebat : ) in hospitia sub-Februar.  
mitterentur. Tertio Februarii sub noctem, Anno  
Pelliones consuetas salutationes exhibue-1646.  
runt, Vulcanum in cornu super capitibus  
gerentes, simulque globorum aëriorum i-  
gniumque artificialium in aërem emissio-  
nibus vacatum est. Quarto Sua Maestas;  
& potior aulæ ipsius pars, devotionis cau-  
sa in moniale Claustrum Sanctæ Brigita  
sacrum descendit, iustrataque post pran-  
dium Domo munitissima *Weyelmund*/  
sub vesperam demùm in urbem reueria est.  
Quinto Februarii sumptuosa illa & planè  
Regia Comœdia de Psyche, Venere & Cu-  
pidine, ex Apulejo desumpta, (in qua ultra  
17. septimanas laboratum, multumque  
auri atque argenti impensum est, quando-  
quidem theatrum ac scena sæpiùs immuta-  
ri interagendum debebant, vestituumque  
nonnisi aureorum argenteorumque usus  
erat: ) noctu præsentabatur, symphoniâ ex  
more hodierno in lingua Italica instituta;  
qui solennissimus actus inter incredibilem  
populi spectatum accurrentis confluum,  
in sex horas perduravit. Sexto nautæ gla-  
diorum saltatione se exercebant, in con-  
spectu autem hospitii regii malus procera  
altitudinis erectus fuit, variis brabeis ex eo  
dependentibus pro illis, qui super illum  
ascens

H

ascens

Februar.  
Anno  
1646.

ascendendo se exercere vellent. Eo ipso  
vespere ignium artificialium sumptuosissi-  
mum exercitium institui debebat, in quo  
postquã Rex sub persona Herculis cū Dra-  
conibus certans, victoriosè quidem pu-  
gnavit, postremùm tamen à Venere vincit-  
tur: ne jam dicamus de cæteris variorum  
modorum oblectamentis, quibus Regia  
sponsa recreata est, de quibus in sequenti  
libro forsã plura adiungemus.

Octiduo igitur, inter publicæ lætitiæ si-  
gna, epulas, comœdias, saltationes, & id  
genus alias recreationes plures, apud Ge-  
danenses exacto, 10. 20. demùm Februa-  
rii itineri se rursùm accinxit, cùm prius re-  
giè per Senatum donata esset. Inter ex-  
eundum autem, ob absentiam ad verlam-  
que Regis sponsi sui valetudinem, nonni-  
hilum subtristari vïsa fuit, ac denique iter  
suum Dirschaviam, Mariæbutgum & El-  
bingam versus instituit, de cuius adventu  
apud Regem ipsum suo tempore pluribus  
agemus.

*Mercatores  
Noribergẽ-  
ses in itinere  
incur-  
runtur.*

Die Iovis 12. 22. Febr. Noribergenses  
quidam Mercatores, dum Boznam pro-  
ficisci cogitant, tribus circiter à Noriberga  
milliaribus per quindecim hostilium tur-  
mam incurruntur, quos tamen fortiter pu-  
gnando reiiciunt atque à se depellunt. Ac-  
cidit

cidit autem cum sequenti mox die per i- Februat.  
dem commilitium, quod triginta adhuc Anno  
equites in auxilium assumpserat, sesqui 1646.  
horulæ via ab Hilpoltsteno ad vicum Krö-  
dingen, prope Weissenburgum, denuò  
infestarentur, sclopetorumque ac cata-  
pultarum insultibus peterentur, ut  
eo congressu mercatores duo, atq; ex ad-  
iuncto Noribergensium dimacharum præ-  
sidio tres, & quidam vigilum summus Præ-  
fectus Bavaricus, trucidati occumberent,  
equitumque nonnulli conficerentur, alii  
vulnerarentur.

Veneris 27. Febr. Arx Reiffenberg- Reiffenber-  
sis, ex speciali, ut aiunt, Generalium Cæ- ga Casareo  
sareorum mandato, atque ad maiorem e- prasidio fir-  
ius viciniae præsidiorum securitatem, co- matur.  
horte Cæsarea firmata est; duo autem Itali,  
ceu perhibent, ex latrociniorum animis  
conceptorum suspicione ad vincula rapta-  
ti sunt, de quibus quid porro futurum sit,  
tempus, filia veritatis, manifestabit.

Hoc eodem mense Traiectenses ad Mo- Oppidum  
lam, quos vulgò Mastricenses appellant, Tienen  
oppidum Tienen eiusmodi stratagemate stratage-  
expugnarunt. Cum exploratum esset, mate in-  
commodari in dicto oppido ex Tribuni tercipitur.  
Lamboij commilitio diversas cohortes, e-  
quitum Pompeianorum vexillifer Ioannes

Februar.  
Anno  
1646.

Remaccius, & Grifonius, cohortis Solmianæ Pro-Capitaneus, ad Dominum Gubernatorem Comitem Solmæum se contulerunt, petentes ut militem sibi suppeteret, cuius opera in perficiendo quodam stratagemate uterentur. Collecti sunt ex Trajectensi præsidio sclopetarii 350. equites 200. quibus iungebantur milites tres, quorum unus religioso Iesuitarum, cæteri duo autem fictitio Capuccinorum Monachorum habitu transformati erant. Die 27. Febr. quamprimùm portæ apertæ fuerant, prædictus Vexillifer, qui Colonom<sup>us</sup> simulabat sacculum nucibus plenum ex furcâ humeris gestantem; assumptis tribus illis falsum Religiosis, itineri se dedit primus omnium incedens; quos e vestigiò sequebantur tubicen, tessera militari rubra ligatus, & mox inermes aliquot milites, livream Hollandorum in brachiis habentes, ac si ab hostibus intercepti fuissent. Vexillifer quamprimùm ad portam venerat, cum religiosis suis sine tergiversatione admissus est; tubicine & militibus foris expectare iussis, qui cum inclusum se cognosceret, & evidentissimo periculo expositum, non expectata diutius occasione, excubitoris qui pessulum portæ obdiderat, furcam capiti adeò vehementer illidit, ut illicò in terram

ram pronus decideret. Dehinc remoto ex Februar.  
 tempore obice, commilitonibus adeundi Anno  
 potestatem fecit, ipse autem & religiosi 1646.  
 fictitii in domum interim stationariam ir-  
 ruunt, ubi decem milites, & minorum  
 gentium quidam Præfectus, trucidati sunt:  
 inter quem tumultum quandoquidem &  
 reliqui horum commilitones pleno agmi-  
 ne instabant, oppidum denique feliciter  
 expugnatum est, in quo intercepti sunt,  
 Wolfius Tribunus pedestris, ejusque Le-  
 gatus primarius: Smetius, Capitaneus: A-  
 dolphus Hinninckhusius, Prætor legiona-  
 rius: Mons. de Genostilton, Vicarius:  
 Mons. Hunige, Legatus primarius ex le-  
 gione Ramlaiana equestri: Joannes Gui-  
 lielmus Jäger, Vicarius: Mons. Wagner, e-  
 quitum Præfectus: Joannes Casparus E-  
 delius de Plata, Vicarius reformatus: Mons.  
 Collynius, Prætorianorum Lamboyano-  
 rum Capitaneus: Mons. Stahlius, Vexilli-  
 fer inter eosdem: Richardus de la Reclu,  
 signifer reformatus sub legione Lamboya-  
 na: Mons. de Genet, Adjutor inter Lamb.:  
 Mons. de Massillon, minorum gentium  
 Præfectus: Vigilum Magister ex Comitibus  
 Wagneri legione: item tres alii signiferi,  
 totidem Officarii, quos Galli *Sergeants* ap-  
 pellant, diversi que tam equites quam pe-  
 dites

Februar.  
Anno  
1646.

dites ex gregario commilitio. Obtinebantur porro vexilla pedestria duodecim, equeſtria quatuor, tympana aenea duo, trecenti circiter equi & praedae aliae opimae, inter quas fuere univerſa Lamboyanorum impedimenta, duodecies mille florenis aestimata.

Arque haec, Lector benevole, ea sunt, quorum relationem hoc quidem semestri ad te pervenire voluimus, in quibus si cubi erratum videris, non nostrae culpae aut temeritati adscribes, quin potius variarum varietatem ac diversimodas relationes in causa esse prudentissime judicabis. Vale & fave.

*Finit Tomus XXV*

**Memo-**





Memorabilium , quæ in  
hoc quarto Tomi hujus XXV.  
libro continentur,  
Index.

A.

- A**ntonius Barbarinus, Cardinalis, Roma  
ctanculum discedit, 53. & seqq.  
Ejus bona recognoscuntur, jussu Pontifi-  
cis, 89  
Parisios venit, 104  
S. Andreae, & Moerssya, fortalitia Hispano-  
rum munitissima, quomodo per Hollandos  
op- & expugnata fuerint, 67  
Aquila portentosa magnitudinis configitur, 81  
Arcem Marpurgensem Hassiaci ad dedicio-  
nem compellunt, 101  
Eius Praefectus securi percussitur, Gief-  
sa, 103  
Armamentarium Venetum ignem concipit,  
96  
Augusta Trevirorum per Gallos infestatur, 72

B.

- B**alquiera Gallis deditur, 87  
Barillon, Parlamenti Gallici nuper Prae-  
ses, moritur, Pignarola, 31  
H 4 Baro

## I N D E X.

- Baro de Madaillan*, ob commissum in filia ex  
se genita incestum capite plectitur, Parisiis,  
80
- Belli-Anglici progressus*, 35.58.60.94.  
*Catalonici*, 33.93  
*Flandrici*, 32  
*Hybernici*, 38  
*Italici*, 34.88  
*Scotici*, 37  
*Suecici*, 16  
*Turcici*, 55.93.109
- Biblia Regia*, Authore Domino le Jay, octo  
linguis impressa, Parisiis, 80
- Blanckenstenium*, arx, Hassiacis succumbit,  
103
- Bruxa*, arx munitissima, Suecis concedit, 86
- Butzbacum Hassiaci* intercipiunt, 71
- C.
- C** *Aesar* legationem Turcicam à se de-  
mittit, Lintzy, 46
- Cesarei Suecorum in Bohemia progressus in-*  
*terrumperere extremis viribus nituntur*, 86
- Caneam*, primarium apud Candiotas propu-  
gnaculum, Turcæ deditam accipiunt, 39
- Ceninghius Cardinalis apoplexia moritur*, Ro-  
mæ, 53
- Comes Nassovius*, Cesaris p. t. Legatus, aurei  
velleris insignibus donatur, 81
- Comes*

## INDEX.

- Comes Palvius cum legione sua Croatarum à  
Suecis opprimitur,* 99
- Comes à Trautmansdorff Monasterium ad  
pacis tractatus ablegatur,* 47  
*ad diversas Imperij urbes appellens, ubi-  
vis locorum magnificè & excipitur & tra-  
ctatur,* 86. & seqq.
- Comes Woldamarus in libertatem asseritur,*  
50
- Corneuburgum à Suecis communitur validis-  
simè,* 20

### D.

- D** *Velliani grassantur,* 78. & seqq.
- D** *Dünckelspilam Bavarici sui iterum ju-  
ris faciunt,* 75
- Ducissa de Longeville Principem masculum  
enititur, Parisiis,* 105
- Dux d' Arcos, novus Neapolitanorum Pro-  
rex, Romæ magnificè tractatur,* 107
- Dux Venetorum in Generalissimum terra  
marisq; constituitur,* 92  
*moritur,* 98
- Dux quidam Wirtembergicus varis moritur,  
Gotha,* 81

### E.

- E** *Lector Trevirensis, bello cum Hispanis  
Gallisq; composito, in urbem Augustam  
Trevirorum re-intrat,* 73

### H §

Erla-

## INDEX.

*Frlachius diversa loca, Duellianis tributum  
solvere negligentia, ad obsequium redigit,*

29

*Freiburgenses idem faciunt, ibid.*

F.

**F** *Estum gratiarum actionis solenne apud  
Suecos, ob pacem cum Danis restabili-  
tam,* 77

*Franciscus Barbarinus, Cardinalis, & Prin-  
ceps Tadeus, ejus frater, Roma aufugiunt,*

106

*Franciscus Molino in novum Venetorum Du-  
cem eligitur,* 98

*Fridberga Wetteravorum frustra tentatur,*

30

G.

**G** *Allia Rex Domum Barbarinam apud  
Pontificem defendit,* 90

*Galli sub Principe Thoma Sabauda in Italia  
affliguntur,* 54

*Galli conspectum Cesareo-Bavaricorum sus-  
stinere nequeunt,* 26

*Gallorum, Vinariensium Hassiacorumq; con-  
juncti exercitus suis ad Hailbronniam ca-  
stris nullo successu excedunt,* 23

*Grimaldus Cardinalis Barbarinorum cau-  
sam agit, Roma,* 105

H.

**H** *Elvetiarum Legatos Pontifex Equitum  
titulo donat,* 91 Hol-

## I N D E X.

<i>Hollandorum</i> 14. mercatoria naves in freta	
Danico submersa,	53
<i>Hugo Grotius</i> moritur, Rostochij,	30
<i>Hulstam</i> Hollandi circumfident,	41
occupant,	61
conditiones deditiois,	63
obsidionis delineatio tabula aerea expres-	
sas,	63. & 64.
Discessus Hispanorum ex urbe,	66
Gratitudo & triumphus Principis Au-	
riaci,	68

### I.

<b>I</b> Esuitæ Generalis eligendi gratia Romæ con-	
ventum habent,	90
<i>Indiciæ Suecorum cum Saxonia</i> Septemviro	
in sex menses initæ,	12
earum leges sive conditiones, 14. & seqq.	
<i>Ioannes Capello</i> , per Venetos in locum defun-	
cti Ducis surrogatus, Generalissimus pro-	
clamatur,	98

### K.

<b>K</b> Ettlerus Erfordie gladio confoditur,	30
<i>Königsmarcus</i> rem prosperè gerit,	31
<i>Königsmarcianorum</i> progressus,	46

### L.

<b>L</b> Aska, Comes de Wallenstein, moritur	
morbo Hungarico, Praga,	31
<i>Legati Polonici Regem Gallie &amp; Ducem An-</i>	
dega-	

## INDEX.

*degavensem, ejus fratrem, equis pretiosissimis donant,* 80  
*Ludershemius, Legatus Casareus, intercipitur,* 100

### M.

**M** *Agnus Moscovia Princeps moritur,* 50  
*Marchio Leganesius Portugalliam sive Lusitaniam affligit,* 94  
*Mardycum Hollandi recipiunt,* 82  
*rerum inibi repertarum consignatio, ibid.*  
*Marpurgum oppidum per Hassiacos Inferiores intercipitur,* 71  
*Matrimonij Contractus, inter Principem Ferdinandum Carolum, & Annam, Principissam ex familia Medicea, Florentia,* 106  
*Mazarinius Cardinalis ad Aquas Sextias Archiepiscopus constituitur,* 78  
*Melander in locum Gelenij suffectus, Circuli Westphalici Generalis denunciatur,* 70  
*Mercatores Noribergenses spoliati,* 29. 114  
*Mortaignius, Generalis inter Suecos Locumtenens, in Casareorum manus captivus incidit,* 100  
*Munera, Suecorum Reginae moderna Hamburg-Lubeccens- & Bremensium nomine offerenda,* 79

### N.

**N** *Agoltum, Arx, Bavaricis deditur,* 82  
*Navi-*

## INDEX

- Navigia diversis in locis intercepta & appul-*  
*sa,* 51  
*Navigia fori diripiuntur,* 78.79  
*Nicolaus Esterhafi, Comes, & Hungaria Pa-*  
*latinus, moritur dysenteria,* 31

### O.

- O** *Efenburgenses Gallicane nationis quen-*  
*dam Auditorem Generalem in itinere*  
*intercipiunt,* 79  
*Oxenstirna, regni Sueciae Cancellarius, Comi-*  
*tis titulo investitur,* 78

### P.

- P** *Arlementarij in Anglia diversa loca &*  
*Castella Regis adimunt,* 58.60  
*Pax inter Suecos & Danos composita,* 3  
*inter Dania Regem & confederati Bel-*  
*gij Status,* 8  
*Polonia Rex cum Ducissa Nivernensi matri-*  
*monium contrahit,* 47  
*Legationis splendor describitur, ibid. &*  
*seqq.*  
*Regia sponsa Parisiis discedit,* 49  
*Nuptiarum solennitates Gedani insti-*  
*tute,* ibid.  
*Reginae Poloniae intra moenia Gedanen-*  
*sium receptio solennissima,* 110. & seqq.  
*Pontificis in conciliandis Principum Christia-*  
*norum animis solertia,* 88  
*Rauschen*

# INDEX

## R.

**R** *Auschenberga, arx, Hassiacis cedit, 103*  
*Regis Galliarum Legatus, Dominus de*  
*la Toullerie, à Regina Suecia regia accipit*  
*munera,*

104

*Reiffenberga, arx, presidio Cesareo firmatur,*

115

*Rotenburgum Bavarici recipiunt,*

75

*Rumor inanis de Classe Turcica à Christianis*  
*profligata,*

55 & seqq.

## S.

**S** *veci ex Austria in Moraviam revertun-*  
*tur,*

44

*Suecia nova novis Administratoribus firma-*  
*ta,*

6

*Suecorum in Bohemiam expeditio,*

84

*Subsidiarie legiones Bavaro à Cesare missæ,*

24

## T.

**T** *ienen oppidum in Brabantia stratage-*  
*mate intercipitur,*

115

*Terramotus in Italia,*

105

*Torstensohnus in Bohemia ingentes progres-*  
*sus facit,*

76

*Turca Incendiarius ad vincula ducitur, Ve-*  
*netiis,*

57

*Turca in Candia sive Creta Insula rerum sua-*  
*rum providi;*

55

Veneri



# INDEX.

V.

<b>V</b> <i>Eneti in colligendo milite strenne desu-</i> <i>dant,</i>	91
<i>Vigevanum Hispani recuperant,</i>	88
<i>Vincentius Caraffa, Neapol. in Generalem</i> <i>Societatis Iesu eligitur, Roma,</i>	106

W.

<b>W</b> <i>Impfena per Bavaricos recuperatur,</i>	28
<i>Wolmarus de Rosis confoditur, Basi-</i> <i>lea;</i>	81

Finis Index.

H A D E X

V. Ein in collegio ...  
 V. Ein in collegio ...  
 V. Ein in collegio ...  
 V. Ein in collegio ...  
 V. Ein in collegio ...

W. Ein in collegio ...  
 W. Ein in collegio ...  
 W. Ein in collegio ...  
 W. Ein in collegio ...

Fine Index





**Eigentlicher Abriss, welcher gestalt der Türckische Keyser im Königreich CANDIA die Statt CANEA belägert vnd mit A cord erobert**


Anno 1645. den 24 Juny. A. die Christen setzen mit etlichen Galeen durch die Türckisch Wachten bringen volck vnd Munition in die Statt den Belägerten unter dem Comādo Capitan zorzi Marofani vnd Barbaro Badouaro. dan auch mit des Generals Sohn Contarin Cornaro. B. S<sup>t</sup> Chiriachi wa dieser Succurs ist wider ein geschiff worden, vnd mit großer gefahr in die Statt komen. C. strass wo der Succurs de der Graff von Finaralo hat geführt durch Marchiert dieser Succurs ging zu land in die Statt. D. Contre mina. E. Andreas Cornaro General Proviand meister Quartir. F. auschutz. G. gefreyt volck. H. hie haben sich die Türcken Erstlich gestelt vnd verschantzt. I. Capitan Bassa Quart. K. General Musan Quart. L. Casan Quart. M. die Türcken stürmen vergeblich. N. Aprocher. O. Galeen von Spalatea welche die zween succurs ans land gebracht.



Handwritten text at the top of the page, likely a title or header, written in a historical script.


Several lines of handwritten text below the title, providing additional context or details.





Faint, illegible text at the top of the page, possibly a title or header, written in a historical script.






Lams

St. Pauwel

De





DE BELEGERING  
van de Stadt  
**HULST**  
Door syn Hoocheyt  
den Prince van Oran-  
gien int Jaer. 1645.

---


LA SIEGE  
De  
**HULST**  
Per Son Alte  
le  
Prince D'Orangie  
L'An 1645.



Schale van 800 Roeden. 2000 Makende een duysde Myle.









96744


ULB Halle

3

007 104 529



1077



AB  
96744



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 8  
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.



6  
LLO-BELGICI  
R THUSIO Suc-  
ATI,  
  
M I N  
BELGIO PO-  
NIA QUOQUE,  
MANIA, UNGARIA,  
Francofurtensibus autu-  
d vernaes anni 1646.  
tarum,  
ARRATIONIS  
a,  
II QUINTI  
ARTUS,  
  
LEDERO, Ratisponensi.  
vilegio Speciali.  
  
URTI,  
undi Latomi, Anno 1646.